

Altera commoditas est leuatio fastidij, vt enim dierum & noctis tenebrarum, & lucis alternatio, ita quaternæ vices temporum ad mitiganda vitæ tædia, vt in cæteris fere rebus vicissitudo solet, non parū conferunt. Tertia est pulchritudo efflorescens ex oppositione affectionum, quibus tunc inferiora corpora subinde immutantur. A calore ad frigus: à siccitate ad humorem, & è cōuerso. Consule D. Ambrosium in libro de Noe & arca cap. 23. Lege quoque, si placet, quæ de hac re scripsimus lib. 4. Physicorum cap. 5. quæst. 3.

Pulchritudo
quam cōtra-
riorū efficit
oppositio.

A R T I C V L V S II.
C O N T R O V E R S I Æ
Solutio.



V Eniamus nunc ad propositum quæstionis, hoc est, ad temperiem quatuor anni temporum explicandam. Communis autem consensum hunc in modum quatuor qualitates anni partibus ascribit. Ver & est humidum, & calidum; Aestas calida, & sicca; Autūnus siccus, & frigidus; Hyems frigida, & humida. Sed in quolibet horum temporum tres adhuc varietates notantur: quia principium, medium, & finis cuiusque eorum non eandem vendicant temperiem: sed extrema cuiuslibet pars cum vicini constitutione aliquo modo conuenit. Igitur, exempli gratia, Ver esto calidum atque humidum appelletur, non tamen quælibet ipsius portio, ex æquo calida est, & humida. Etenim eius initium ob vicinitatem Hyemis, quæ humida est, & non calida, plus humoris, quàm caliditatis participat: medium temperatè humidum est & calidum: finis ob propinquitatem impendentis Aestatis, quæ calida est, non autem humida, minus plus humoris, quàm caloris obtinet. Similemque proportionem reliquæ anni partes fortiuntur. Vnde & Astronomi, cum Zodiacum in quatuor quadrantes prædictis quatuor anni temporibus respondentes distribuissent, quemlibet quadrantem in alias tres partes secuerunt, quæ tribus portionibus singularum anni partium responderent.

Temperamē
ta quatuor
anni partium.

Diuisio Zo-
diaci in qua-
tuor quad. a-
tes,

Conueniens
& dissidiū inter
quatuor anni
tempora.

Apparet autem in tradita qualitatū distributione, sicut & in ea, quæ elementis conuenit, illa, de qua sæpe scripsimus, dissidens conuenientia, & conueniens dissidium; ac simul etiam quædam iustitiæ nutritrix, communiumque bonorum auctrix æquabilitas, quam magnis effert encomijs Philo Iudæus in libro, qui inscribitur, Quis rerum diuinarum hæres sit. Quippe Ver cum Aestate calore conuenit, humiditate pugnat. Aestas cum autumno siccitate necitur, calore dissidet. Autumnus cum Hyeme frigiditate iungitur, siccitate discordat. Hyems cum Vere humiditate copulatur, frigore dissentit.

Porro

Porro quanuis circa coniugationes qualitatum, quas caeteris anni teporibus assignauimus, auctores conueniant; tamen de ea, quam Veri ascripsimus, nonnulla esse primo aspectu dissensio videbitur inter Hippocratē & Galenū. Ille enim in lib. de natura hum. ver calidū & humidum constituit: hic lib. de temperam. i. temperatū vocat. Re ipsa tamē non dissentiunt. Nam Hippocrates ver calidū & humidum appellat, quōd in eo calor frigiditatem, humiditas siccitatē exuperet. Galenus tēperatum vocat, propterea quōd ea exsuperantia adeō parua sit, vt iure temperatū dici queat, facta praesertim cōparatione ad complicationes qualitatum, quae alijs anni partibus conueniunt, vbi excessus denominantiū qualitatum, vt in aestate caloris, & siccitatis multo maior est.

Conciliat
Hippocrat.
& Galenus.

Sed erit qui obijciat non videri censendum ver temperatum, etiam eo modo, quem diximus, cum demonstret experiētia, doceatque Hippocrates 3. Aphorif. 20. & Aristot. sect. 1. Problematum 27. ver morbis abundare. Respondendum, ver absolutē saluberrimum esse, vt inquit Hippocrates 3. Aphorif. 9. ver namque in benē sanis corporibus rarō ac minus periculosos morbos excitat; in corpore autem insalubri, quos mouet, sapius mouet ad bonum, quia euocat ad exteriora noxias qualitates, quibus depulsis, vt plurimum corpora sanitatem assequuntur. Vnde dicitur à medicis, ver inter anni tempora, somnum inter affectiones corporis, diem criticū inter dies morbi, non esse in se mala, sed malum in corpore latens ostendere.

Obiectio.

Dilutio.

Q V A E S T I O . VI.

DE AETATE ET SINGULARIUM PARTIUM TEMPERAMENTIS.

ARTICVLVS I.

TEMPERAMENTA aetatum.



Vpponenda hoc loco primū est diuisio aetatu, de qua in libris Paruorum Naturalium ex instituto differuimus. Distribuitur aetas in pueritiā, iuuentutem, virilem aetatem, & senectutem. In qua diuisione, nomine pueritiā, intelligi debet aetas infantium & puerorum; nomine iuuetutis, aetas adolescentium & iuuenum: quarum aetatum termini & discrimina loco citato explicata à nobis sunt.

Diuisio aetatis.

Deinde, aduertendum cum vita in calido & humido sita sit quandiu

Vita consistit in calido & humido.

animal vivit, in quacunq; sit ætate, calorem exigere vt præcipuum instrumentum ad actiones vitæ obeundas, & humiditatem, qua tanquam pabulo & fomento calor sustinetur. Verum quia calor & humiditas ætatum decursu varias subeunt mutationes, fit inde vt vna ætas comparatione alterius magis, minusve calida, aut etiam frigida dicatur: similiterque res habet in humiditate.

Singularum ætatum temperamenta.

Diffinitio tactus obiecti.

Vt igitur ab ea ætate de cuius temperamento minor est ambiguitas, ordiamur, senectus frigida & sicca est: virilis ætas temperata: iuuentus calida & sicca: pueritia calida & humida. Senectutis frigiditatem testatur arctuum tremor, & totius corporis curvitas; quæ duo proteniunt ex defectu caloris non iam valentis membra sustinere, & in sublime erigere. Siccitatem indicat ariditas cutis ex penuria halituosi succi. Nec obstat quod senes assidue excreant, & hæsmati sunt obnoxij: non enim id ex bona & nativa humiditate, de qua agimus; sed ex adventitia & noxia ortum habet. Quod virilis ætas temperata sit, ex eo ostenditur, quia non ob aliam causam in eo ordinariè sistitur clementum corporis, non quidem versus longitudinem; nam id iam diu cessauerat, vt suo loco exposuimus, sed versus latera; nisi ob caloris & humiditatis temperiem, quæ fat est ad corporum magnitudinem in eodem statu graduque seruandam; non tamen ad eam vltèrius promovendam.

Pueritia abundat humiditate.

Cur pueri magis somnolenti.

Quod ad iuuentutem & pueritiam spectat, aduertendum est, cum iuuentus ortui, in quo humidum primigenium à parètib; accipitur, vicinior sit, negari non posse iuuenes plus istius humidi obtinere, quam viros. Dum igitur iuuentuti siccitas cum calore assignatur, id non absolute accipi debet; sed facta collatione ad pueritiam, quæ vberiore seruatur humiditatem, vt multis indicijs deprehenditur. Primum, quia puerorum corpora ex semine, & sanguine humidis recentius coaluere. Secundò, quia pueri molliores, ac teneriores sunt; ideòque minus firmi, ac robusti. Tertio, quia magis somnolenti, humiditas enim, cum vaporem multum exhalet, somnum conciliat. Quarto, quia parum intellectu vigent; nimirum propterea quod interiorum sensuum organa humore, quasi nebula, ne functiones suas perfecte obeant, impediuntur; vnde senes è contrario ob siccitatem, diu vigilant, & intellectu præstât. Ex his ergo manifestum relinquitur pueritiam humidiores esse iuuentute.

Pueritia & iuuentus calidæ.

Quæ calore vincat, controuersum.

Controuersific explicatio.

Quod ad horum ætatum calorem pertinet, vtranque iure optimo calidam vocari, satis demonstrant incrementa, quæ tunc caloris ministerio corpora accipiunt. Quæ tamen earum sit calidior, ambiguum est; eaque de re agit Hippocrates lib. 3. Aphorism. Galenus lib. 2. de temper. cap. 2. Auicenna 3. primi doct. 1. cap. 2. Valleriola lib. 1. locorum comunium cap. 10. Thomas Garbius lib. 1. sum. Medic. quæst. 17. Fernelius in libro de spiritu, & innato calido c. 8. Theophilus in 3. de anim. ad text. 56. Quidam iuuenes; alij pueros calidiores esse inquitunt; alij vtrisque parem tribuunt calorem. Sed omissis controuersijs placet nobis ea sententia, quæ statuit pueros, sicuti humido primigenio magis abundant, ita maiorem habere innati caloris copiam: Hæc enim duo,

Perinatatus in lib. de temperamentis c. 16. Vallerius lib. 1. controu. c. 8.

Sa
ca
no
do
dic
l. x.
Ga
I. d
ram
lib.
Veg
delo
fesi
lib. c
Ij. v
cum
conci

duo, cum totius vitae fundamenta sint, continuatam quandam inter se cognationem seruant). Quod ex eo ostenditur, quia à primo vitae, ac nutritionis exordio datur inter calorem, & alimētum reciproca actio, & perpefsio, qua necesse est natiuum calorem sensim diminui. Itē quia calor assiduè humidum carpit, & dissipat, nec aliud æquè bonum ex alimento resarcire potest, sicque proprio, ac natiuo fomento destitutus ipse etiam collabascit. Nec obitat quòd sensus aestimatio maiorem iuuenibus calorem decernit, quàm pueris. Id namque propterea accidit, quia calor in corpore humidiori lenior, ac mitior sentitur, eo quòd humiditas obtundit calorem; siccitas verò tanquam lima ipsum acuit; at pueri, vti diximus, humidiores sunt, quàm iuuenes. Nec item obest quòd iuuenes plus sanguinis, & influētium spirituum, plusque biliosi humoris, quæ omnia calida sūt, progressu vitae acquisierint. Hoc enim tantum probat accedere iuuenibus ascititium calorem, quasi natiui supplementum, quod libenter concedimus. Num verò istiusmodi supplemento ita natiui caloris dispendium compensetur, vt pueri, & iuuenes, licet natiuo dispares sint; tamen vtrique æqualem intensiōem, illi ex gradibus solius natiui; hi ex gradibus natiui & ascititij cōpositam sortiantur, res est omnino dubia, & quæ neque certa experientia, neque ratione demonstrari possit.

Reciproca actio & perpefsio inter viuens & alimētum. Dilutio obiecti.

Ascititius calor abundat in iuuenibus.

ARTICVLVS II.

TEMPERAMENTA SINGVLARUM PARTIUM.

Nomine partium intelligimus, hoc loco, partes animantium duntaxat, non tamen eas solum, quæ anima informantur, sed omnes, quæ ad animantium vitam, & compositionem quoquomodo pertinent. Relicta verò medicis longiori de hac re disputatione, ita videtur statuendum. In primis circa calorem. Cor, vtpoten natiui caloris fons, reliquas partes calore superat, quod & tactu exploratum est; nāque dissecto animante, & digitis in cordis ventriculos immisis, feruētior hic locus deprehenditur. Secundum caloris locum, obtinet spiritus, cui tamen nonnulli primum dedere, & cordi secundum, sed immerito, cum spiritus à corde calorem mutuatur. Tertium locum habet sanguis & flauabilis. Quartū simplex caro; deinde iecur; tum lien, tum renes, quibus succedit cutis pari interuallo ab extremis disita, & æquis portionibus, inter reliquas partes, temperatior. Ab hac in frigiditatem vergit adeps, deinde cerebrum, etsi hoc cōfluentibus eò spiritibus non parum caleat. Cerebro frigidior est spinæ medulla: hac frigidiores sunt nerui, alij alijs magis. Hos sequuntur venæ, deinde arteriæ, tum membranæ; atque his omnibus tēdones frigidiores sunt: tendonibus vincula; deinde cartilagine, ossa, pili: denique postremum frigiditatis locum sortitur melancholia, & phlegma.

Detemperamento caloris.

Cor natiui caloris fons.

Sanguinem calidum esse non frigidū docent Medici. Hipp. l. 1. de morb. Galenus lib. 1. de temperam. Fernel. lib. 3. de temp. Vega lib. 3. de loc. affect. sect. 3. Valef. lib. contr. c. 15. vbi Arist. cum Galeno conciliat.

De sic-

De tempera-
mento fici-
tatis.

De ficitate autem sic habeto. Pilus reliquas partes ficitate exupe-
rat: hunc suo quæque ordine subsequuntur os, cartilago, vinculum,
tendo, mēbrana; arteria, vena, flava & atra bilis, nervus, qui motui ob-
seruit; cutis autem, vt calore, ita & ficitate in primis temperata est.
Hinc in humiditatem secedit nervus sensioni destinatus, neruo autem
humidius est cor, subinde renes, iecur, lien, simplex caro, pulmo, spinæ
medulla, cerebrum, medulla ossium, adeps, sanguis, postremò pituita.
Discrepantes de hisce temperamentis opiniones lege apud Galenum 1.
de tēperamentis, Auicennam Fen. prima primi doct. 3, cap. 2. Auerro-
em 2. Collect. cap. 2. Fernelium lib. 3. Physiologiæ cap. 6. Valle-
sium lib. 1. contr. medic. & philosophic. cap. 10. & in artem Medic.
Galen, Valleriolam lib. 1. locorum communium cap. 10.

Capitis noni Explanatio.



Pa Rēterea cūm demonstratum) Promiserat Aristoteles initio huius operis ita
se de ortu & interitu rerum in commune acturum, vt omnes causas, rationesque
eorum, quæ gignuntur, & intereunt, sub aspectum poneret. Nūc, quia iam causas
proximas, tum elementorū, tum misto:um, quatenus ex elementis coalescunt,
explicuit, ad remotas vniuersalesque tradendas accedit. Quod vt commodius
prester, colligit hoc capite numerum causarum, quæ ad cuiusque rei generatio-
nem concurrunt. Prius tamen instituti sui rationem proponit aiens cūm sint quædam corpora
ortui corruptionique obnoxia, vt plantæ, animalia, cœteraque mista, quæ potissimum circa terram
gignuntur, doctrine ordi-
ni consentaneum esse,
vt antequam de his parti-
cularum differat, eorum
communes causas pertra-
ctet.

Tres cause
generationis
& corruptionis.

b Sunt igitur tot nu-
mero.) Enumerat tres
causas generationis cu-
iusque rei, materiam, for-
mam, & efficiens. Sicut
enim, inquit, in cœlesti-
bus corporibus duo prin-
cipia materia & forma
non sufficiunt ad mouē-
dum, sed oportet adesse
tertium, quod agēdi vim
habeat, idest, intelligenti-
am, quæ motum edat, sic
in ijs, quæ interitum & ge-
nerationem subeunt, non
sat est dari materiam & formam, sed adiungendum est tertium, quod materiam immuet, & for-
mam inferat.

Inesse cœlo
materiam ex
sententia A-
rist.

Notandus est hic locus contra Auerroem, qui in lib. de substantia orlus cap. 2. & lib. 8.
Metaphys. cap. 4. & lib. 1. de cœlo cap. 2. scripsit corpus cœleste non constare materia, sed esse medi-
um quid inter puram potentiam & purum actum, videlicet formam quandam per se coherentem
absque materia. Quem secuti sunt etiam Durandus in 2. dist. 12. quæst. 1. n. 14. alijque nonnulli,
quos retulimus, & impugnavimus lib. 1. de cœlo cap. 2. quæst. 4. Hos certè refellit auctoritas hu-
ius loci, vbi Aristoteles palam affirmat conuenire cœlesti corpori non formam tantum, sed etiam
materiam.

C AP. IX.

Ca Vm autem nonnulla generabilia, corruptibiliaque
sint, & generatio in eo, qui circa mundi medium est,
loco fit, de omni generatione similiter, & quot & quæ
sint eius principia dicendum est: sic enim facilius sin-
gularia contemlabimur, cum de vniuersalibus prius sump-
serimas. b Sunt igitur tot numero & genere eadem, quæ in
æternis, primisque. Nam alterum vt materia, alterum vt
forma existit: oportet autem & tertium in super adesse; nā
duo haudquaquam satis sunt ad generandum, sicut nec in
ipsis primis. c Igitur quod esse, & non esse potest generabi-
libus causa vt materies existit. Nam quædam necessariò
sunt, ceu æterna; quædam necessariò non sunt. Quorum illa
quidem non esse, hæc verò esse, est impossibile, eo quod fieri
non

Text. 51.

Text.

Igitur

e Igitur quod esse.) Rerū caducarū materiā, formā, & efficientē causā singulatim explicat, atq; materiā esse potentiā quandam ad esse & non esse, quæ rebus sublunariis, ut gignantur & intereāt, causa existit. Quod ut magis pateat, ait rerū quasdā necessariō esse, ut corpora cœlestia: alias necessariō nō esse, ut chymœrat: alias mediū locū tenere: quōd ita possibiles sunt, ut possint esse & nō esse: quo pacto se habēt ea, quæ ortū & interitū subeūt. Materia ergo est, quæ facit rē esse & non esse: quia dū formā suscipit, accipit esse res genita: dum eandē formam abijcit, deperit res eadem.

d At forma, speciesq; Formā ait esse id, cuius gratia aliquid fit, & rationē substantiæ cuiusque rei, id est, quod rei essentiā potissimū confert. Nam cū cuiuslibet entis naturalis quidditas ex materia & forma coalecat, potiorē partē obinet forma, quæ actus & perfectio est, remq; in certa specie constituit, ut in primo Physicæ Auscultationis libro copiosè disseruimus. Porriō cū Aristoteles hoc loco tribuat formæ non solum esse rationem substantiæ, sed etiam id cuius gratia, quod finis propriam est, videtur hic finem ad formā reuocasse: propterea quod licet finis & forma sint distincta genera causarū: tamen vna eadēque res, sub diuersa consideratione, & respectu, potest & formæ & finis

Materia quid

Materia causa interitus.
Forma quid.

Finē ad formam reuocauit hoc loco Arist.

non possit, ut necessarium aliter se se habeat. Nonnulla & esse possunt & non esse de quorum numero generabile existit, atque corruptibile, hoc enim interdum non est, interdum est. Quare necesse est, ut generatio, atque corruptio circa id sit, quod esse & non esse potest. Quocirca & hoc causa, ut materies generabilibus existit. d At forma speciesque, ut cuius gratia, hac autem est substantiæ cuiusque ratio. Oportet autem & tertium quoque adesse, e quod omnes quidem somniant, nemo tamen dicit. Sed alij specierum naturam causam esse sufficientem ad generandū arbitrati sunt, quæ admodum in Phædone Socrates. Nam ubi ille ceteros increpuit tanquam nihil locutos, eorum quæ sunt, quædam species esse, quædam quæ species participant, & eorum quoque per speciem esse dici susceptione verò oriri & abiectioe interire supponit. Quare si hæc vera sunt, species causas esse generationis & corruptionis necessario putat. Alij ipsam materiam, nimirum à qua fit motus, & ut neutri rectè dicunt nam si species cause sunt, cur non semper gignunt continēter, sed quandoque, & quandoque non, cum semper tum species tum quæ eas participant, in ratione rerum sint? Præterea in nonnullis aliam quandam esse causam spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, & scientiam sciens existente & ipsa sanitate, & scientia & hisce, quæ eas participant. Eodem modo & in ceteris, quæ facultate quadam fiunt. g Quod si qui materiam ipsam ob motū generare dicant, naturalius profectò dixerint, quam qui ita dicunt. Etenim

Text. 52.

Text. 53.

rationē obtinere: formæ, quatenus tribuit esse: finis prout est id, cuius gratia efficiens operatur: ideō enim generans materiam disponit, ut in eam intro ducat formam.

e Quod omnes quidē.) Tertiam causam, nempe efficientē, quæ præter duas superiores necessaria est, veteres omnes somniasse inquit. Nā cū de illa nō nihil dicerent, eam tamen nullus omnino expræsit. Duas ergo de illa refert quasi extremas sententias: vnā Platonis in Phædone: alterā aliorum veterū Philosophorū. Plato sub persona Socratis statuit res effici ab ideis, id est, a substantijs quibusdam materiæ expertibus, e quarū impressione, formæ, quasi adumbratæ quædam illarum similitudines & imagines, in materiæ sinu defluerent: ita ut dum impressio illa perseveraret, res genitæ subsisterent: cū euanesceret, interirent. Alia verò

Veteres causam efficientem somniasse.

opinio fuit quorundā existimantiū materiā esse principiū efficiendi: ita ut cū benè disponitur, & accidentium apparatu instruitur, omnia per se pariat, & in lucē efferat. Etenim licet quidā eorū nō entē, aut discordiā & concordiam, efficiētes causas constituerint: nullus tamen eorūmodi causas rebus singulis accommodauit: ideōq; conuincuntur asserere materiā ipsā ex se omnia, quæ gignantur, efficere.

f At neutri rectè. § Vtramq; opinionē confutat, ac primū eam, quā Plato secutus est. Eius autē falsitatē dupliciter conuincit, tum quia si generatio esset ex impressione idearū, cū idæ perpetuò existās, nec eis quicquā desit, quominus operentur, eūque materia semper in prōptu sit ad excipiēdas formas, oporteret dari semper generationē, ita ut eadē materia perpetuò alias & alias formas indueret, neq; vnā & eadē aliquanto tēpore reuerteret, quod est appetitū falsum. Secūdi verò id ex eo ostēdi potest, quia idē eodē modo se habēt semper facit idē: at æterna illa rerū exemplaria, cū nulli sint mutationi obnoxia, eodem pacto se semper habeant necesse est: ac proinde nunquam cessabunt ab inferendis formis in eandē materiam, Secundo eandē sententiā refellit, quia cū

Refellitur opinio Platonis de ideis.

Art. naturæ ars sit emula, imitatrixq. naturæ: ex ijs, quæ in arte videmur, philosophari possumus & inquirere ea, quæ in natura sunt: at in arte, præter formam & materiam, est efficiens, ut præter sanitatem & subiectum, medicus: præter scientiam & discipulum, magister: ergo in natura præter formam, & materiam, danda erit alia causa, quæ sit efficiens. Hic aduerte nõ liquidò constare an Platonis fuerit ea sententia de ideis, quæ ei Aristoteles hoc in loco, & sæpe alibi attribuit. Sunt enim qui dicant Platonem non formas illas extra omnia singularia per se coherentes; sed diuina exemplaria, ad quæ Deus respiciens creaturas producit, ideas vocasse. Sic enim eius dicta interpretati sunt D. Augustinus lib. 83. questionum, quæst. 46. Clemens Alexandrinus lib. 4. & 5. Strom., Eusebius Cæsaricensis lib. 11. de præparatione Euang. cap. 12. Tertullianus in suo lib. de anim. cap. 18. alijque non pauci. Sed nos hac de re ex instituto lib. 4. Metaphys.

Materiæ officium pati ac recipere.

g. Quod si qui materiam. Posteriorē sententiam refellit, quā in eo Platonice præfert, quod Plato minus ad naturam conuenienter loquens, asseruerit causam efficientem non operari per motum, sed per receptionem, vel abiectionem: hi vero mouere illam dixerint, quod omnium consensu effectrici causæ

esse hæc assertio. e. demōstrat, primū quia materiæ non est mouere, aut agere sed moueri & pati. Habet enim forma & materia partita officia, & forma ut est actus & perfectio, ita agendi munus obit: materia sicuti est potentia, ex se actus expers, ita recipiendi, patiendiq. partes sustinet. Secundo, quia ut in arte materia nõ se vltro, aut vi sua mouet ad formam, sed eam ab artifice accipit, ut lapis figuram pyramidis: ita in natura animal non a se, sed a progenitore, atq. adeo ab aliquo efficiente gignitur. Et tunc quoq. eosdē philosophi in eo ait, quod sola contenti materia præstantissimam causam videlicet formam omiserint.

h. Præterea potentias. Putat Alexad. & Philoponus nõ impugnat Arist. hisce verbis eandē sententiam, quæ primò, sed reprehensionem conuertit in Parmenidem. Veresimilior tamen

Qualitates vi propria non producere composita naturalia.

Ignis maximè actiuus.

est, ut ipse verborum contextus indicat, interpretatio D. Thom. & Auerrois existimantium persequi Aristotelē eandē oppugnationem alio argumento. Asserebāt nimirum iisdē Philosophi in materia, per potentias, seu vires qualitatum, tanquam per organa siue instrumenta, rerum generationem exequi. Id confutat, quia ut in arte instrumenta nõ a se mouentur ad conficiendum opus, sed manu artificis: ita qualitates illæ vi propria nihil molietur, hoc est, nullum compositum physicum producent, nisi prout sunt instrumenta principalium causarum effectricium. Vnde constat has necessario dandas esse in natura.

i. At ipse quoq. ignis. Sententia illorum philosophorum erat materiam per calidum & frigidum, atque alias qualitates, quæ agendi & patiendi vim obtinent extra alterius principalis causæ efficientiam res gignere & corrumpere, perinde ac si instrumentum artis, facultate motuq. proprio lecticam v. g. aut tellam dederit: contra id opponit Aristot. quod ignis, qui maximè actiuus est, etiam ab alia a'tiori causa agitur, nempe a cælo: & multo secus operatur quam organa; siquidē organum dirigitur ab artifice, ut hanc aut illam formam inducat: ignis autē effrenata licentia operatur, ita ut aliorum corporum temperiem sæpe dissoluat. Quare neq. existimandum est ignem agere simpliciter ut instrumentum; neq. negandum posse ab alio, tanquam ab efficiente, externa vi moueri. Quod aduersarij propterea affecti non sunt, quia modum, ac rationem, qua ignis patitur, agiturque nõ satis considerauerunt. Capitis

quod alterat, quodque transfigurationem facit, causa ut quippiam oriatur rationem sibi vendicat magis. Et in omnibus ex æquo tam hisce, quæ natura constant, quam quæ ab arte proficiunt, hoc agens dicere consueuimus, quod mouendi vim obtinet. Verum enim verò & hi quoque non recte dicunt Pati namque & moueri materia est, agere verò & mouere, alterius potentie: palam autem est cum in ijs, quæ arte, tum in ijs, quæ natura sunt: nam nequaqua ex se animal facit, sed natura, neque lignum lecticam, sed ars. Quare & isti ob id, & quia potiore omittunt causam, aut recte dicunt: quid ita enim formamque exterminant. Præterea potentias, atque vires corporibus tribuunt: per quas admodum instrumentally generant, eam quæ a specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, ut aiunt, calidum segregare, & frigidum congregare natum est, & cæterorum quodque aliud agere, aliud pati, ex his & per hæc gigni & corrumpi, cætera omnia dicunt. i. At ipse quoque ignis moueri ac pati videtur. Præterea perinde faciunt, ac si quis ferræ & instrumentorum cuique eorum, quæ generantur, causam tribuat. Nam cum quis ferram secat, diuidi quippiam, & cum corradit, leue fieri necesse est: & in cæteris simili modo. Quare si quam maximè agit, mouetque ignis, quomodo tamen moueat, nõ vltra contemplantur, nempe quod deterius, quam instrumentum. Sed & prius a nobis vniuersaliter de causis dictum est, & nunc de materia & forma pertractatum, atq. determinatum.

Text. 54

Text. 55

Capitis Decimi Explanatio.



Pa Retera cum.) Reiectis veterum philosophorum dogmatis, suam de vniuersali causa effeetrici ortus interitusque sententiam exponit, docetque cœlestium spherarum motum (quæ octauo Phisicę Auscultationis putat se demonstrasse continuum, ac sempiternum esse) efficere corporum sublunarium generationes, & corruptiones in defecta serie decurrentes. Nam cum is motus, non autem generatio, inter ceteras mutationes principem locum habeat, semperque existat, & id potius quod est, ei quod non est, quàm quod non est, ei quod est causa esse debeat, consequens fit, vt id, quod prædictam lationem subit, & semper est, efficiat id, quod non est ac gignatur, atque

CAP. X.

Praetera cum demonstratum sit motum eum esse perpetuum, qui lationi accomodatur, his existentibus, & generationem quoque cōtinenter esse necesse est. Latio namque continuè generationem ideò faciet, quia ad mouet & abmouet id, quod gignendi vim obtinet. Insuper & priora esse dicta rectè lationem inquam mutationem primam esse, & non generationem, dilucidum est. Nam multo magis consonum est rationi, id quod est, ei quod non est, vt nascatur causam esse, quàm id, quod non est, ei quod est vt sit. Sed quod latione subit, est: quod verò oritur, non est. Id circo & latio generatione prior est. b Cum autem supponatur & demonstratum sit continuam rebus ipsis generationem, corruptionemque competere, & lationem generationis causã esse dicamus, patet quod si vnica latio foret, fieri non posset, vt ambæ fierent, propterea quod contrariæ sunt. Nam idem eodemque modo semper habens, idem facere natum est. Quare aut generatio semper esset, aut corruptio. Multos autē esse motus, contrariosque aut latione, aut inæqualitate conuenit: cōtrariorum enim contrariæ sunt causæ. Quocirca & prima latio, ortus ac interitus causa non est, sed obliqui circuli latio, ea namque, & continua est & duobus motibus fit. Nam generatio, corruptiove futura sit semper continua, semper quippiam quidem moueri necesse est, vt ne mutationes istæ deficiant: sed duobus, vt ne altera duntaxat eueniat. Continuitatis igitur causa est latio vniuersi; accessus verò, & recessus ipsa decliuitas: accidit enim vt interdum procul, interdum

nis non esse motum primi mobilis, qui semper eodem modo se habet in ordine ad generabilia & corruptibilia; sed motum solis sub circulo obliquo, seu Zodiaco, qui prout est perpetuus, causa est eur generatio & corruptio nunquã intermittantur: prout vltius & quasi contrarius, ac non semper eodem pacto se habens respectu nostri, id est, prout solem nunc ad nos adducit versus septentrionem, tunc abducit versus Austrum generationes, & corruptiones efficit. De hac re plinius ac plenius in questione.

c Aequali in tempore.) Collegit tempora generationis & corruptionis inter se æqualia esse, quem admodum solis accessus, & recessus paribus temporum spatijs absoluuntur. Nam accessus à Capricorno ad Cancrum sex mensibus peragitur, totidem que recessus à Cancro in Capricornum: & in accessu quidē sunt ver & æstas: in recessu autumnus, & hyems. Subijcit quoque Aristoteles

italatio generationis causa habeatur. Quæ deprimata lationis hic dicitur, quo pacto accipienda sint, iam alibi in hoc opere exposuimus.

b Cum autē supponatur.) Nonnulla sunt quæ difficultatē ingerunt, quæ fieri possit, vt motus cœlestium corporum sit causa generationis, & corruptionis. Primū quia istiusmodi motus est vnus, semperque idem: at, quod idem est, & eodem pacto se habet, idem facere naturæ solet. Quare aut semper erit generatio, aut semper corruptio, neque vna alteri succedet. Præterea, contrarij effectus contrarias causas requirunt: sed generatio & corruptio sūt contrarij: igitur si motus cœli earum causa est, nō vnus tantum erit, sed plures; ijsque contrarij inter se: cum igitur se ipsa vnus tantum sit, & omni cōtrarietate vacet; nō videtur quare ratione ad illum tanquã ad causam generatio & corruptio referri queant. Ad hanc difficultatē respondet Aristoteles, causã generationis, & corruptio

in ordine ad generabilia & corruptibilia; sed motum solis sub circulo obliquo, seu Zodiaco, qui prout est perpetuus, causa est eur generatio & corruptio nunquã intermittantur: prout vltius & quasi contrarius, ac non semper eodem pacto se habens respectu nostri, id est, prout solem nunc ad nos adducit versus septentrionem, tunc abducit versus Austrum generationes, & corruptiones efficit. De hac re plinius ac plenius in questione.

c Aequali in tempore.) Collegit tempora generationis & corruptionis inter se æqualia esse, quem admodum solis accessus, & recessus paribus temporum spatijs absoluuntur. Nam accessus à Capricorno ad Cancrum sex mensibus peragitur, totidem que recessus à Cancro in Capricornum: & in accessu quidē sunt ver & æstas: in recessu autumnus, & hyems. Subijcit quoque Aristoteles

Generatio nis, & corruptionis tempora æqualia.

vitam cuiusque viventis certa periodo contineri à cœlesti circulo, hoc est, ex cœlesti influxu, à quo & virtus generantis modificatur, & res genita quoad suam conseruationem dependet. Quod non ita est interpretandū quasi omnium vita eam decursum & metam perpetuò seruet, quam ei natalitia sidera in ortu siue cōcepta præscripserunt. Accidit enim non raro vt ob intemperantiam, vel aliquem fortuitam euentum, breui intercaut, qui temperamentū, quo diuissimè vitam propagare possent, acceperūt. Quod ergo Aristot. ait, cuiusq; vitam ex siderum afflatu, certa mensura definiri, id sublatis impedimentis intelligi debet. Vel dicendum loqui Aristotelem de speciebus; docereque singulas species, prout cuiusque natura fert, præscriptā habere durationem, quā vt plurimum non transgrediantur, licet earum indiuidua, ob diuersam qualitatum temperiem, astroium aspectum, soli, cœlique naturam magna varietate alia serius, alia citius occūbant.

d Omnium enim ordo est. 3. Dependentiā reum subleuariū, quam etiā lib. 1. Meteororū c. 2. docuit, probat ex eo, quia omnia ordine continentur: postulat enim ordo vt inferiora à superioribus gubernentur. De laudibus ordinis multa præclare scripsit D. Augustinus duobus huiusce argumenti libris, & 19. de Ciuit. Dei cap. 13. & libro 83. quæstionum, quæst. 27. item D. Gregorius Nazianzenus oratione 26. vbi ait ordine nites mundanas; ordinem esse omnium rerum parentem & præsidium, causam pulchritudinis, & stabilitatis; ordinem cunctis animantibus ortum, alimentum, sedesque præscripsisse. Denique ordinem omnia iam cœlestia quā terrestria constitutere & colligare.

e Apparet autē.) Quod de equalibus spatijs generationis & corruptionis dixerat, cōpertum esse inquit experientia. Videmus enim sole ad nos appropinquante, insigni facta partaque naturæ

gigni enascique videntia, abscedente autē in interitum ruere. Constat autem hunc accessum, & recessum, vt iam dictum fuit, pari mensura definiri. Monot tamen sepe accidere, vt quædam generationes vel corruptiones citius, aliæ tardiùs perficiantur ob facilitatem aut repugnantiam materiæ, quæ preparanda est, aliasque causas eiusmodi. Porro cum generatio & corruptio, si pro introductione & abiectione formæ accipiantur, momento fiant, in quo neque celeritas, neque tarditas datur (hec enim temporum duntaxat affectiones sunt) planum est accepisse Aristotelem hoc loco generationem, & corruptionem vnā cum præuijs alterationibus, quæ tempore fiant, vt iam alibi exposuimus.

Natura fertur id, quod est præstanti-

f Nam cum in omnibus Tradit finalem causam perennitatis ortus, & interitus sub cœlestium rerum; videlicet vt vnumquodque eo modo, quo valet, perpetuitatem obtineat. Natura enim insita

terdum propè existat. Atque cum interuallum sit inæquale, motus erit inæqualis. Quare si ex eo generat, quia accedit & prope est; & quia abscedit & procul existit, hoc idem corrumpit. Atque si quia sæpenuerò accedit, generat: & quia plerumque recedit, corrumpit; contrariorū enim cause sunt contrarie: & generatio atq; corruptio secundū naturā equali in tempore fiunt. c Quocirca & cuiusq; tempus & vita numerū habent, numeroq; præfinitur: à omnium enim ordo est. Et omne tempus ac vita circuitu mensuratur: verū non eodem omnis, sed alia minori, alia maiori mensuratur: alij siquidem annus; alij maior, alij minor circuitus, mensura est. c Apparet autem & ad sensum hisce, quæ dicimus cōsentanea; Accedente namq; sole generationem fieri, & recedente corruptionē, & in tempore equali vtrumq; videmus. Nam corruptionis & generationis naturalis tēpus equabile existit. Sed plerumque accidit, vt in minori corruptio fiat ob mutuam inuicem conspirationem. Si enim materies inæqualis sit, nec omni ex parte eadem, generationes quoq; inæquales, & quasdam celeriores, quasdam tardiores esse necesse est. Vnde fit, vt ob horū generationē, alia corrumpi accidat. Semper autē sicuti dictū est, generatio & corruptio continentes erunt, nec vnquam deficient ob eam, quam diximus causam. Idque ratione optima euenit. f Nam cum in omnibus, quod præstabilius est, natura semper expetere dicatur: præstabilius autē sit esse, quā non esse: & quot modis esse dicamus, alibi dictum sit: hoc verò in omnibus inesse impossibile sit, propterea quod longè ab ipso principio distent, reliquo modo Deus ipse vniuersum compleuit, continua facta generatione. Nam ita maximè, ipsum esse cōtinenter erit, propterea quod illud, semper inquam generationem fieri, ad substā-

Text. 57.

Text. 58.

Text. 59.

Ordinis en-
comia.

fitā propensione fertur in id, quod melius & nobilius est: est autem melius & nobilius esse, quam non esse, cum esse participatio quædam sit naturæ diuinæ. Oportere autem ad hunc finem assequendum ordinē, seriemque, generationum, & corruptionū nunquam intermittere, inde constat, quia singularia, quæ ijs subiiciuntur, sic quodāmodo fiunt immortalia, & ad primam causam, à qua naturæ conditione longius digressa sunt, ut cunquē accedunt, dum videlicet quanquam numero pereant, alijs in eorū locum successis, specie conseruantur.

g Quo circa } Circularē, inquit, motū cœlestium sphaerarū, qui antiquitate, continuitate, Alterni recur
& æquabilitate primus est, æmulatur, quoad eius fieri potest, generatio corporum sublunariū: sus in genera
sicut enim ille ab eodem puncto versus idem punctum contendit: sic ex aqua v. g. per mutuam tione subla-
generationem fit recursus, ad eandem aquam: cum ex aqua generatur aer, ex aere ignis, ex igni natium cor-
rursus aer, ex aere aqua. porum.

Substantiam proximè accedit. Cuius rei, ut sæpè diximus, causa, circularis latio est: sola enim cōtinens est. g Quocirca & cetera alia, quæ in se se secundum affectus, atque vires transmutari solent, ceu corpora simplicia circularē imitationem: nam cum ex aqua gignitur aer, & ex aere ignis, & rursum ex igni aer, & ex aere aqua, in orbem ire generationem ideo dicimus, quia rursum eodē redit, recipiturque.

Text. 60.

Quare & recta horum latio circularē imitata latioem continens existit. h Atque ex hisce colliquet id, quod nonnulli addubitant, cur cum corporum quodque ad suum feratur locum, in tempore infinito corpora deducta, separataque non fuerunt. Nam mutua in se se migratio, huiusce rei causa existit. Si enim in suo quodque loco mansisset, nec à vicino fuisset transmutatum, iam iam separata forent, atque discreta. Transmutantur igitur ob latioem, quæ duplex est: & quia transmutationem subeunt, fieri non potest, ut ex ipsis ullum aliquo in loco stato maneat. Quod igitur generatio sit, atque corruptio, & quam ob causam, & quid generabile, & corruptibile ex hisce, quæ diximus, manifestum est.

Text. 61.

i Cum autem sit necesse quippiam esse mouens, si futurum est ut sit motus, quemadmodum antea dictum est in alijs, & si motus semper sit, semper esse quippiam mouens: & si continuus, vnum idemque & immobile, & ab alteratione generatione ue immune: et si plures sint motus circulares, plura quidem, sed omnia hæc quodāmodo sub vno esse principio necesse sit: & cum tempus sit continuum, motum esse continuū siquidem fieri nequit, ut sit tempus sine motu, tempus profecto continui cuiuspiam numerus erit. Eius igitur, qui in gyrū

Text. 62.

fit, sicuti in hisce, quæ initio diximus, præfinitum est. l Sed utrum motus ideo sit continuus, quia id quod motum subit,

(con-

sed multos esse, quemadmodum & motus non vnus duntaxat, sed plures sunt, similiterque mobilia, non vnum sed plura. Verum ut omnia mobilia sub vno primo mobili ita, & & omnes motores sub vno primo motore ordinatos esse. Deducit ergo aliquot consequentias, quarum prima ita habet. Motus est, ergo motor est. Secunda, Motus semper est, ergo motus perpetuū est. Tertia, Motus est perpetuū continuus ergo & motor vnus est, immobilis, & generationis, atque alterationis expertus. Quarta, Motus non vnus tantum est, sed plures, ijque perpetui & continui: ergo & motores plures sunt, immortales, atque immobiles. Tum probat motum esse continuum, quod antea supposuerat. Nam tempus non potest esse sine motu, cum sit numerus motus, ut constat ex quarto libro Physicorum, sed tempus est continuum ergo & motus continuus erit. Confirmationem harum om-

Alteri recur
sus in genera
tione subla-
natium cor-
porum.
Quæ-
stio.

Responso.

h Atque ex hisce } Quæ-
rit quidnam sit, cur elemē
ta cum naturæ impetu in
propriū locum feran-
tur, ut in eo quiescant; cur,
inquam, infinitis annorū
seculis decursis { finxit e-
nim mundum ab æterno }
non iam in natua sede
propriaque regione confi-
stant; sed sursum ac deor-
sum oberrent, & alijs per-
mixta sint. Respondet ie-
circo propria loca desere-
re, ut inter se congregian-
tur, & aduersis qualitati-
bus mutuō agant, atque ex
se tandem generentur.
Vnde effectiam quod ma-
gna ex parte confusa exi-
stunt. Nam terra & aqua
calore attenuatē in exha-
lationem, & vaporem so-
luuntur, ascenduntque, &
aer frigore addensatus de-
scendit.

i Cum autē sit. } Quia
dixit motum cœlestem
esse causā generationis &
corruptionis, de moto-
re, quia eius motus causa
efficiens est, quædā subij-
cit vberius pertractata in
octauo physicæ Auscul-
tationis, & lib. 12. Meta-
physic. cap. 8. Docet
ergo motorem nō vnum,

plures sunt, similiterque
mobilia, non vnum sed plura.
Verum ut omnia mobilia sub vno primo mobili ita, &
& omnes motores sub vno primo motore ordinatos esse.
Deducit ergo aliquot consequentias, quarum prima ita habet.
Motus est, ergo motor est. Secunda, Motus semper est, ergo
motus perpetuū est. Tertia, Motus est perpetuū continuus ergo &
motor vnus est, immobilis, & generationis, atque alterationis
expertus. Quarta, Motus non vnus tantum est, sed plures, ijque
perpetui & continui: ergo & motores plures sunt, immortales,
atque immobiles. Tum probat motum esse continuum, quod antea
supposuerat. Nam tempus non potest esse sine motu, cum sit
numerus motus, ut constat ex quarto libro Physicorum, sed
tempus est continuum ergo & motus continuus erit.

nium consequentiarum potissimum ex Physicis petendam esse vult Aristoteles ubi nos etiam ostendimus motus, & mundi æternitatem nequaquam fuisse ab illo demonstratam, ut pote quæ Catholicæ fidei veritati repugnet.

Dubium.

1. Sed utrum motus) In questionem vocat, sit ne motus continuus, quia mobile continuum est, an quia terminus ad quem tendit, continuitatem habet. Respondet imprimis omnem motum, intellige physicum, esse continuum ex parte subiecti: nihil enim talem motum subit, nisi quantitate præditum sit, ut libro. sexto Physic. cap.

continuum sit: an quia id, in quo fit motus, locus, inquã, aut effectus? Palam sane est, motum ideò continuum esse, quia id, quod mouetur, continuum est. Nam quopactò continuus est affectus, nisi quia res ea, cui accidit, continua est? Si verò quia id in quo, hoc soli loco competit, quippe qui magnitudinem quandam habeat: è magnitudinibus autem sola circularis continua est; adeò ut ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare quod ferri assolet, motum facit continuum; motus verò tempus.

Responsio.

3. demonstratum fuit: id tamen peculiare esse latiori, ut etiam id, supra quod fit, idest, magnitudo, quam conficit, continuitatem obtineat; & hanc quidem obtinet sine exitu latio circularis, quæ fertur supra magnitudinem conclusam circulo initij, finisque experite.

Q V Æ S T I O. I.

A N S I T N E C E S S E O M N I A
 viuentia naturæ conditione tandem
 extinguui.

A R T I C V L V S. I.

N E G A T I V Æ P A R T I S
 argumenta.



1. argum.

Am partem, quæ negat, hæc argumenta videntur cõprobare. Omnibus rebus insitum est à natura sempiternitatis desiderium, ut proximo superiori capite 10. text. 59. & lib. 2. de anima cap. 4. text. 34. Aristoteles docuit: hoc autem desiderium irritum esse non potest, cum natura nihil frustra moliatur, docente eodem Aristotele 1. lib. Polit. cap. 2. Igitur res viuentes non modò certam vitæ periodum non habent, sed possunt immortales esse.

2. argum.

Secundò. Mors obuenit hominum generi ex peccato; Igitur homo, si nullo se flagitio inquinasset, naturæ suæ relictus, immortalem vitam obtineret. Antecedens probatur, primùm, quia id testantur verba illa capitis 2. Geneseos, In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Deinde quia mors pœna est: pœna verò non nisi ob culpam à Deo infligitur.

Tertio

Tertiò. Si viuentia naturæ lege interirent, oporteret Socratem, et si ei nihil extrinsecus noceret, tandem extabescere calore interire; idque sine dolore, quia doloris causæ sunt diuisio cõtinui, & dissolutio temperamenti, quæ causæ, in eo euentu, non essent: at quòd mors absque doloris sensu, eoque acerrimo esse non possit, indicat illud Aristotelis lib. 3. Ethicor. cap. 6. Mors maximè omnium rerum est horribilis. Quod etiam inculcat lib. 2. Rhet. Ac simile quid legitur apud Euripidem in Iphigenia & lib. 3. argonautic. 3 argum.

Quartò. Alchymicæ artis professores affirmant, per aurum liquatũ & aptum, habileque ad potandum; ac per eam, quam quintam substãtiam vocant, posse arceri senectutem, deque eare extant scripti à medicis libri. Quin verò non difficile videtur excogitare remedia, quibus humidum innatum, & naturalis calor, quæ vitæ fundamenta sunt, conferuentur; quemadmodum, & contra venena, & lethalium morborum vim tot amuleta inuenta fuere. Confirmaturque argumentum, quia si demortua corpora, quæ facillè extabescunt, & in putredinem abeunt, aromatum condimentis quàm diutissimè integra seruantur, cur non etiam viuentia artis, naturæque remedijs ab interitu defendi poterunt? Nihil ergo videtur obstare, quominus animantium vita in æuum pro- 4 argum.

De his Vincẽtius in hist. lib. 26. Cælius lib. 7. c. 9. Herodotus lib. 2. Alex. lib. 3. c. 2. Plin. lib. 11, cap. 37.

Doctores in 4. sen. d. 49.

Cõfirmatio argum.

5. argum.

Quintò. Quemadmodum corporibus gloriosis conferet Deus supernaturale donum impassibilitatis, quo in omnem æternitatem ab interitu libera manebunt; ita non repugnat in hoc statu tribuere viuentibus qualitatem aliquam naturalis ordinis, cuius beneficio incorrupta perseuerent. Fieri igitur potest, vt viuentia munere naturæ perpetuò durent.

Sextò. Prioribus mundi seculis, hominum vita adeò fuit diuturna, vt alij vixerint ultra septingentos annos; alij ultra octingentos; alij ultra nongentos sexaginta, vt sacrae paginæ monumenta in libro Geneseos testantur. Multi etiam ex antiquis gentium scriptoribus prodiderunt quosdam vixisse ad quingentos, & sexcentos, eoque amplius annos; cuius rei testes profert Iosephus 1. libro antiquitatum cap. 3. Manethonem, Berosum, Mochum, Esthiam, Hieronymum Aegyptium, Hesiodum, Hecatæum, Elamium, Agesilaum, Ephorum, & Nicolaum. Cum ergo illorum hominum vita tandiù producta fuerit; non videtur impossibile, accedente maiori studio, & industria, seruare illam ab interitu immunem. 6. argum.

Genes.

Iosephus.

ARTICVLVS II.

EXPLANATIO quæstionis.

Quod

QUOD tamen omnia viuientia, cōstanti, rataque lege naturæ, mortif succumbant, demonstrat experientia quotidiana; idemque tradidit Aristoteles proximo capite 10. & 4. lib. de Generat. animalium cap. vltimo, Galenus in lib. artis medicæ, Auicenna Fen. 1. primi Doctr. 3. cap. 3. ad finem, cæterique auctores communi consensu. Sed, vt hæc assertio illustrior euadat, nonnulla obseruanda erunt. Primum sit, causas vt ortus, ita & interitus rerum viuientium, alias esse vniuersales, alias particulares; quasdam cōmunes, alias priuatas, & vnicuique proprias. Causæ vniuersales, præter primam, sunt corporum cœlestium influxus, vt docuit Aristoteles loco citato, & lib. 1. Meteorum cap. 2. & lib. 4. de Generatione animalium cap. vltimo. Sanè præter ordinariū afflatum, de quo in ijs libris agit Aristoteles, demittunt nonnunquam cœlestia corpora in mundum inferiores qualitates, ægritudinum, & interitus effectrices, secundum varios aspectus, & regionum naturam; idque interdum tanta vi, vt existant in tota aliqua regione populares morbi. Quod in magnis planetarum coniunctionibus euenire tradunt Ptolomæus Alcabitius, cæterique Astrologi. Itaque minime probanda est sententia Plotini in eo libro, quo inquit num astra aliquid agant, Ficini eius interpretis, Chalcidij commentarijs in Timæum, Mirandulæ lib. 3. contra Astrologos cap. 21. & aliorum existimantium planetas, stellasque omnes adeo esse natura beneficas, & propitias, vt nulli inde morbi, nullum incommodum mortalibus obueniat. Pugnat certè hoc cum experientia, qua compertum est, multis, in lunæ coitu, morbos recrudescere, ægrotantium corpora deterius affici, nocereque per id tempus purgationes, & dum pestilentia grassatur, ordinariè tunc plures extingui: Id quod non aliunde prouenit, nisi quia tunc id astrum occulto suo influxu corporibus vehementer incommodat. Denique res est adeo conspicua, vt probatione non egeat. Maneat ergo, vnam è causis vniuersalibus tam morborum, quam interitus, esse afflatus corporum cœlestium. Cui causæ adiungi potest ambientis aeris natura, situs regionum, aliaque eiusmodi, quæ sua qualitate corpora imbuunt, & ea in deteriore statum sæpe vertunt, & ad interitum ducunt; ob eamque causam iubent medici delectum haberi loci, ac situs ad habitandum. Lege sectionem 14. problemat. Aristotelis; Hippocratè in lib. de aere, aquis & locis.

Causæ etiam communes interitus, sunt contrariorum, quibus viuentium corpora constant, pugna, & actio caloris natui humidum perpetuo depascentis. Qua de re non semel, tum in hoc opere, tum alibi scripsimus. Particulares verò causæ sunt, quæcunque singulis indiuiduis peculiariter accidunt, vt ratio temperamenti minus diuturni, intemperantia cibi ac potus, aliaque id genus complura.

Secundò aduertendum est res inanimatas, vt plurimum, longioris æui esse, quam animatas. Primum, quia animatæ corrumpuntur tum ab intrinseco, cum secum dissolutionis suæ causam circumferant, vt ex dictis constat, tum ab extrinseco propter multiplicia incommoda eis incidentia, & ingruentium contrariorum vim, quibus minus, quam inanimatæ

Aristot.
Galen.
Auicenn.

Varie causæ
ortus, & interitus
viuentium.

Ptolomæus
Alcabitius

Refellitur opinio
quorundam de fide
influxu.

Syderum afflatus.

Particulares
causæ interitus.

Res inanimatæ
diuturniores, quam
animatæ.

Lib. 1. cap. 5.
9. 3. 9. & 10.
In paruis Natur.
tract. de vita & morte
c. 39.

De hoc
Scot. i
93. q. 2.

nimata resistunt; Item, quia formæ rerum non viventium cum magna intemperie qualitatum in materia permanent, nõ ita verò formæ viventium, quæ vt perfectiores sunt, ita ad sui conseruationem plus exigunt.

Tertio. Illud quoque haud ignorandum est, quod peritiores medici tradunt, videlicet calidam, & humidam temperaturam, qualis est sanguinea, longioris vitæ esse. Idque tradidit etiam Aristoteles in libro de longitudine, & breuitate vitæ, vbi ad calidi & humidi copiam, ac proportionem, refert vitæ longitudinem, ad inopiam autem, & improportionem eiusdem, breuitatem; eo potissimum argumento, quòd sanectus, & id, quod mortuum est, obarescit, algetque. Et verò debet tale humidum non modò copiosum esse, sed etiam lentum, aereum tamen: aqueum enim, cuiusmodi inest piscibus, licet copiosius terrestrium humido habeatur, defectu prædicti lentoris diuturnum non est. Vnde inter terrestria prædita sanguine, quæ humidum affluentius habent, & lentius, quàm exanguia; diutius viuunt: & inter exanguia, viuaciora item sunt, quæ lentius habent humidum, vt olea, pinus, palma, cupressus, aliaque oleosæ, & resinosæ arbores. Hinc collige non solum inter ea, quæ specie differunt, sed inter illa etiam, quæ eiusdem speciei sunt, quædam breuiorem, alia longiorem vitæ modum nancisci; quandoquidem superiores causæ, quæ vitam producent, aut contrahunt, tam in diuersis speciebus, quàm in eadem promiscuè reperiuntur. Lege, si placeat, quæ de hac re scripsimus in libro de longitudine, & breuitate vitæ.

Calidum, & humidum temperamentum longiorē vitam reddere.

ARTICVLVS III.

SOLVTIO ARGV-
mentorū.

HIs ita explicatis, tantum superest, vt argumenta initio proposita diluamus. Ad primum igitur fatendum naturam singularis rebus, etiam caducis, perpetuitatis ingenuisse desiderium; neque id inane esse, cum singularæ eo modo, quo per naturam possunt, perpetuentur, id est, si non numero, saltem specie. Vbi animaduertere licet naturæ providentiam; nam vt ea etiam, quæ tota specie infœcunda sunt, quòd vi procreatrice careant, (qualia videntur esse maiori ex parte, quæ è putri materia gignuntur) vt ea, inquam, perpetuitatem suæ speciei non abrumperent, consultum illis à causis vniuersalibus fuit, datumque aliquid generatrici potentia proportionale, nimirum coelestis calor, quo procreantur, & in lucem prodeunt;

Dilat. x. arg.

Naturæ providentia ad res conseruandas.

deunt. Item quia pleraque eorum citò delentur, quàm numerosissima sunt, vt bruci, pulices, muscæ, aliæque id genus bestiolæ, videlicet, vt quod tempori eorum adimitur, multitudine compensetur.

Dilutio. 2.

De dono immortali-
tatis primis paren-
tibus concessio.

Ad secundum respondendum est, mortem esse naturalem hominì secundum se spectato, vt docent Theologi Scholastici cum Magistro lib. 2. sentent. distinct. 19. quod ex eo ostenditur, quia homo natura sua est mixtum animatum, quod ex se corruptioni subiacet, vt ex dictis patet. Primi tamen parentes conditi à Deo fuere cum dono immortalitatis supra ipsorum naturam, quod quandiu nō peccassent, retinerent, peccando amitterent; proindeque eorum corpora, licet in eo statu secundum sensum compositum mori non possent, quia si innocentiam seruarent nunquam interirent; in sensu tamen diuiso mori poterant, quatenus eis liberum erat, suscepta peccati labe, innocentiam amittere, atque ita incurrere mortis necessitatem, cui nunc omnes obnoxij sumus. Vnde illud est discriminis inter beatos post resurrectionē, inter primos parentes in statu innocentiam, & inter homines in statu naturæ lapsæ, in quo nūc sumus, quòd beati mori nunquā poterunt, primi parentes poterant nunquam mori, homines verò in statu naturæ lapsæ, non possunt non mori. Consule Mileuitanum Concil. Can. primo, Arausicanum Can. 2. Tridentinum sess. quinta, D. Augustinum libro 6. de Genesi, ad litt. capit. 25. & lib. 13. de Ciuit. Dei capit. 20. & lib. 1. de peccat. merit. & remis. D. Cyrillum lib. 1. in Ioann. cap. 15.

Concil. Mi-
leuit.
Arausic.
Trident.

Qua confide-
ratione mors
dicenda, aut
non dicenda
sit pœna.

Quod autem obijciebatur mortem pœnam esse, nec nisi ob culpam hominì inflictam, dicendum mortem respectu hominis secundum naturæ conditionem præcisè spectati, non debere propriè pœnam dici, sed duntaxat comparatione illius secundum eum statum, quo à Deo pœcreatus fuit, & à quo per culpam decidit.

Dilutio. 3.

Mors natura-
lis sine dolo-
re.

Plato.

Tacite ob-
iect. dilutio.

Ad tertium, concedendum quod colligit, fatendumque eos, qui ita mortem obeunt, absque dolore extingui; quod affirmat Aristoteles in lib. de morte, & vita capit. 10. Mors ea, inquit, quæ in senectâ accidit, dolori obnoxia non est. Idemque docuit Plato in Timæo hisce verbis. Quæ post senectam ad finem secundum naturam accedit, inter omnia mortis genera, à dolore alienissima est, & magis cum voluptate, quàm cum dolore fit. Cur autem hæc mors absque dolore accidat, causam reddit Aristoteles, quia fit sine externo, & violento affectu. Plato verò (quod eodē recidit) quia id, quod præter naturam est, dolorem inducit; quod autem per naturam, iucundum est: at mors, quæ per morbos, & vulnera contingit, præter naturam euenit; quæ calore vltro extabescente; secundum naturam. His non obstat quòd mors omnium maximè terribilis, ac formidabilis ab Aristotele dicitur: non enim id propterea ab illo asseritur, quòd mors omnis cum dolore sit, sed quia, vt ipse ibidem explicat, omnium terminus est. Adde etiam, quia etsi non naturalem, ordinariam tamen, & communem accerrimus dolor antecedit.

Obijciat

Obijciat aliquis, Ea diminutio caloris, quæ paulatim fit in extrema senectute vsque ad vitæ extinctionem, non potest non dissolvere temperamentum, cum hoc requirat certam caloris moderationem; atque adeò necessariò ægritudinē inuehet, & non nihil doloris inuret: Ergo etiam mors illa naturalis cum dolore erit; non quidem in eo momento, quo anima à corpore separatur, quia tunc corpus, vt iam non informatur anima, ita neque sensus neque doloris particeps est, sed in tempore antecedente momentum separationis. Occurrendum tamen diminutionem illam caloris, quæ in senectute fit, non dici dissolvere simpliciter temperamentum, cum id fiat secundum conditionem ætatis, cui tunc ea diminutio, & temperamentum cum exiguo illo calore congruit, ac debetur; & ideò neque tunc morbum, neque ortum ex eo dolorem in ijs, qui ita moriuntur, dari.

Obiectio.

Refutatio
obiecti.

Ad quartum, dicendum multos multa polliceri, quæ non præstant; sed esto concedamus medicos non solum dum morbos sanant, valetudinemque restitunt, sed etiam alijs rationibus per artem adhibitis, posse aliquorum hominum vitam diutius extendere; ac fortasse etiam senectutem aliquantulum retardare: negamus tamen posse ab illis effici, vt homines in multa secula vitam protrahant. Si enim id possent, certè nemo diues non ab eis vitæ diuturnitatem auro emeret. Neque obest, quòd contra venena, ac morbos complura, eaque salutaria remedia inuenta sunt. Namque multo promptius est aduentitia mala remouere, quàm effluxum humidi primigenij, & natiui caloris dispendia, quæ naturæ necessitate mortem inuehant, resarcire. Nec item officit quòd cadauera aromatum condimentis à tabe integra diu seruentur: multo enim plus ad rerum viuientium, quàm ad non viuientium incolumitatem requiritur, vt ex superioribus facile quiuis intelliget.

Dilatatio. 4.

Non posse arte medica in multa secula vitam produci.

Ad quintum dicimus, primùm non videri negandum, quemadmodum Deus condidit corpora cœlestia naturæ suæ conditione expertia qualitatum corrumpentium, ita posse tribuere viuentibus aliquam qualitatem naturalis ordinis, qua fiant tuta, immuniaque à recipiendis extrinsecus qualitibus, quæ ipsa corrumpant, vel etiam à temperamento sibi proprio, ac debito remoueant. Quæ sententia ex eo corroboratur, quia virtus, qua lignum vitæ poterat homines in statu innocentia à senio defendere, & in flore iuuentutis conseruare, non erat supra naturam, sed naturalis ordinis, vt alibi ex Hugone à S. Victore, Strabo, & D. Thoma probabilius iudicauimus. Quare inficiandum non erit posse à Deo imprimi viuentibus talem qualitatem, ad eum, quem diximus effectum, quæ nihilominus intra cancellos naturalium qualitatum contineatur. Neque tamen viuentia dicenda tunc erunt naturaliter incorruptibilia; quia eiusmodi qualitas, esto ordinis naturalis sit, non tamen ex ordinario naturæ præscripto eis debetur, sed ex beneficio auctoris naturæ, conferenda erit.

Dilatatio. 5.

De virtute ligni vitæ.

Quòd si opponas, omne accidens materiale ordinis naturalis referri transcendentem respectu, ad aliquod corpus naturale, proindeque ei

Obiectio.

Cur humidum
equè bonum
restaurari non
possit diximus
in lib.
Paruor. nat.

In lib. Paru.

Responſio.

naturaliter deberi. Respondemus ex tali respectu transcendentī tantū sequi, si eiusmodi accidens existat, oportere inesse in eo corpore, quod respicit; non tamen sequi, debitum illi esse eiusmodi accidens, cum ex parte causæ efficientis est supra vim naturæ; licet quoad suam entitatem sit ordinis naturalis. Si autem petas, ad quodnam corpus dicendum sit referri id accidēs, si nulli corpori debetur. Dicimus v. g. qualitatem illam conseruatricem corporum viuientium referri ad ipsa corpora viuentia, similiterque iudicandum de alijs id genus qualitibus.

Vnde proueniat capacitas recipiendi qualitates corrupentes.

Et hæc quidem sententia hunc in modum fortasse defendi potest. Contraria tamen, quæ asserit non posse à Deo produci talem qualitatem ordinis naturalis, quæ corpora viuentia suapte natura corruptibilia à corruptione perpetuò defendat, reddatque interitus experientia, probabilior videtur. Primum, quia capacitas recipiendi qualitates corrupentes, prouenit ex natura materiæ, & ex natura formæ, siue ex modo informandi illius, atque adeò ex intimis naturæ principijs. Quare non videtur per aliquam vim naturæ, seu per aliquam qualitatem in naturæ ordine contentam, posse subiectum aliqui capax, reddi perpetuò incapax ad recipienda prædicta accidentia, siue ab eorum receptione impediri. Quemadmodum neque fieri potest, vt corpus cœleste, quod incorruptibile est, per aliquam naturalem qualitatem fiat capax accidentium corrupentium, & interitum subeat. Deinde, quia non apparet quamobrem qualitas illa dicatur ordinis naturalis, ac non potius supernaturalis. Nec enim dicetur naturalis ratione causæ efficientis, siquidem in confesso est illam à solo Deo, qui supernaturalium qualitatum auctor est, produci posse, si producibilis est. Non ratione finis, siue effectus, quem edit; quia hic est conseruatio corporum ab interitu: quem effectum præstabit etiam qualitas, in qua consistit dos impassibilitatis, quam supernaturalem esse tuetur communis sententia Theologorum. Nec denique ratione subiecti, cum neque sequatur eius formam, neque illi debita commensurata uè sit. Nulla est ergo ratio cur eiusmodi qualitas dicatur ordinis naturalis.

Dos impassibilitatis qualitas supernaturalis.

Incorruptibilitas cœlestium corporum.

Quæ verò in contrariam partem adducta sunt non difficilem habent explicatum. In primis enim ad id, quod de corpore cœlesti afferebatur, dicendum corpus cœleste conditum fuisse à Deo incorruptibile: quia constat ex materia suapte natura incapaci qualitatum corrupentium, & ex forma inseparabiliter informante, quæ quidem forma (licet etiam ponamus materiam cœlestem, & sublunarem esse eiusdem speciei, atque adeò cœlestem in se præcisè sumptam non esse incapacem qualitatum corrupentium) ex proprio modo actuandi materiam, reddit ipsam in idoneam ad recipienda accidentia, quæ interitum moliuntur. Patet autem in istiusmodi incorruptibilitate nullam inuolui repugnantiam, quæ tamen inuolueda erit, si corpus naturā aptum ad corruptionem, fiat vi naturæ ineptum ad eandem.

Quod

Quod itē dicebatur, videlicet eā qualitatem, de qua agimus, non deberi viventibus ex ordinario naturæ instituto, sed munere auctoris naturæ conferendam: Præterea eatenus tantum referri ad viuentia respectu transcendentem, quatenus, si existat, non nisi in eis esse debeat; ideoque haud naturalem esse; non satisfacit, quia omnis materialis qualitas ordinis naturalis simpliciter debetur alicui corpori naturali; cum deberi illi non sit aliud, quam esse ei conuenientem & commensuratam, quod necessario vindicat omnis qualitas naturalis ordinis comparatione alicuius corporis naturalis. Item, quia tametsi ex eo, quod lumen gloriæ, verbi causa, relatione transcendentem respiciat intellectum beatum, non sequatur, esse illi connaturale, debitumve; accidentia tamen ordinis naturalis aliam sortiuntur rationem; quandoquidem, ob eam commensurationem, & conuenientiam, quam diximus, necessario vindicantur certa subiecta, ad quæ simpliciter referantur, tanquam eis debita & connaturalia,

Accidentia ordinis naturalis necessario vindicantur certa subiecta

Quod ad vitalis pomi virtutem attinet, dicimus eiusmodi pomum non habuisse vim tribuendi incorruptibilitatem, de qua agimus, sed duntaxat compensandi optimo humido iacturam humidi primigenij, ita ut sæpius repetitum arceret senectutem, & eam mortem, quæ de generante humido, senectute obuenerit. itaque adhuc homo simpliciter corruptibilis maneret, nisi ei aliunde prouisum esset, quia ignis v. c. aliaque extrinsecus aduenientia lædere eum possent. Quare ne noxijs qualitatibus succumberet, ijsque mortem oppeteret, consultum ei præterea fuit tum per propriam vigilantiam, ac circumspectionem, tum maximè per peculiarem, prouidentiam, assistentiamque diuinam, & subtractionem concursus generalis ad omnem actionem, & effectum qui aliquod ei nocuum posset inuehere; ut alibi diximus. Vel certe ultra externam prouidentiam, & beneficium conditoris, tributa ei fuit qualitas quædam, quæ corpus à corruptione seruaret, siue inhærens ipsi corpori, ut quibusdam videtur, siue animæ, ut alijs placet, quod nobis minus arripet. Verum non est dicendum istiusmodi posteriorem qualitatem naturalis fuisse ordinis sed supernaturalis: esto vi talis pomi virtus fuerit naturalis, eique pomo conueniens, ac debita.

De virtute pomi vitalis.

Explicandum nunc superest vltimum primi articuli argumentum, circa quod sciendum; nonnullos in quæstionem vocasse, num anni, quibus prima mundi origine homines vixere, tot mensibus constiterint, quot nostri, an paucioribus. Nam quod non eadem fuerit omnibus temporibus, neque apud omnes gentes mensium & annorum computatio, constat ex ijs, quæ scripsit Xenophon in lib. de Aequiuocis, Berosus 3. antiquitatum, Plinius lib. 7. naturalis historię cap. 48. alijque nonnulli.

Dilatatio vltimi arg. primi art.

Xenophon. Berosus. Plinius.

D. tamen Augustinus loco citato, alijque Patres, & Theologiæ professores sententiam illam de breuitate annorum in primis mundi ætatibus nequaquam audiendam censent; & quidam meritò tum ob alias rationes, tum quia si inibi tam breues anni intelligendi essent, ut singuli è nostris de nos illorum comprehenderent, sequeretur Enos nono,

D. August.

Cainan verò septimo ætatis suæ anno genuisse: cùm sacra pagina narret Enos nonaginta annorum, Cainan septuaginta, liberos suscepisse. Itè quia cap. 7. Genes. eo anno, in quem diluviū incidit, fit mentio primi, secundi, septimi & decimi mensis. Nec euadet qui dixerit eos menses tribus tantum diebus constituisse; cùm ibidem diuinæ literæ referant decimum septimum diem mensis secundi, vigesimum septimum mensis septimi, septimum, & vigesimum mensis secundi.

Dicendum igitur est multis de causis, tot seculorum vitam illis hominibus contigisse. Primum, quia vis ipsa humanæ naturæ vegetior in ijs erat, ac fortior, vt potè suo fonti, & principio vicinior. Secundo, quia tunc maior erat Medicinæ artis & remediorum ad arcendos morbos peritia, multoque maior vigeat tunc cognitio herbarum, fructuum, lapidum, & aliarum rerum, quæ ad vitam conseruandam, & producendam vim obtinent; communicata videlicet ab Adamo quasi per manus ipsius posteritati, tum earum, tum aliarum complurium rerum sciētia. Tertio, quia terræ fructus, quibus homines vescebantur, ante aquarum eluionem, ad alendam, & sustentandam vitam, plus in se virium cohibebant; non dum solo consperso aquarum falsedine, quam constat sterilitatem inducere. Quarto, quia tunc homines maiorem sobrietatem in victu, potuque seruabant: constat enim ciborum multitudinem & condimentorum varietatem stomachi vires infringere, morbos inuehere, vitam minuere.

Iam verò de illo annorum numero, quem nonnullos vixisse, referunt gentium scriptores, vt in argumento commemorauimus; si de ijs, qui post diluuium vixere, loquantur, non est cur, an ita sit, magnopere laboremus, nec cur ita fuisse credamus, præsertim cùm Græci scriptores multa in historijs mentiantur. Plinius lib. 7. Naturalis historiæ cap. 48. cùm ex nonnullis auctoribus longissimam quorundam vitam retulisset, subdit opinionem illam ex temporum inscitia ortum habuisse, propterea quòd alij vnum æstate annum determinabant, alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidam lunæ Senio, vt Aegyptij. Quod prodidit etiam Solinus Polyhist. cap. 3. & Lactantius lib. 2. diuinarum instit. cap. 12. ex Varrone. At enim ex recentibus rerum indicarum historijs, constat apud urbem Diu inuentum à Lusitanis quendam è Gangaridura gente, annos crecentos triginta quinque natum, cui aliquoties deciderant dētes alijs mox succedentibus in eorum locum, cui etiam barba vbi omnino incanuisset, reflorescente ætate iterum nigrescebat. Sed hæc naturæ prodigia rara omnino sunt, & quæ si quando existant, non oriuntur nisi ab aliqua extra ordinaria naturæ vi, quam medici & philosophi magis admirentur, quam percipiant, aientes illam barbæ, dentium, & iuuentutis renouationem, in naturæ potestate non esse, quod tamen non absolute, sed de vñtata naturæ facultate, intelligi debet.

Quibus positis, respondendū, licet quorundā vita adeo fuērit diuturna, non iccirco, vlla cura humana, artisve beneficio posse hominem aut aliud viuens à necessitate moriendi in perpetuum vindicari.

CAP.

Quatuor causas ob quas præcis hominibus diuturnior vita fuit.

Ciborum multitudo ventriculi vires minuit.

Græci historici multa mentiantur.

Solinus. Lactantius.

Capitis Vndecimi Explanatio.



Vm autem in hisce? Quia statuit rerum ortus & occasus perpetuos, ac perennes esse, ita vt intermiti nequeant, in controuersiam adducit, num eiusmodi series ita procedat, vt priuata alicuius rei generatio; & res, quæ per eam producat, necessaria sit, vel potius omnes accidentario eueniant, possintque esse & non esse. Huic quaestioni respondet, quasdam generationes necessarias esse, quasdam non esse, de quæ simi-

C A P. XI,

- Text. 63.** **C**a Vm autem in hisce, quæ per ortum, alterationem vè aut omnino transmutationem continenter mouentur, hoc post hoc deinceps esse, ac oriri intetum vt non deficient, videamus vtrum quippiam sit quod erit necessarium, an nihil, sed omnia non fore contingat, considerandum est.
- Text. 64.** Palam enim est, quod nonnulla. Atque continuo fore & esse futurum, hac de causa diuersa sunt. Nam de quo verum est dicere ipsum fore, de eo tandem hoc, ipsum inquam esse, verum sit oportet: de quo vero nunc verum est dicere ipsum esse futurum, hoc non fore nihil vetat. Nam tametsi futurum est, vt quispiam ambulet; tamen fieri potest, vt non ambulet. Omnino autem cum ex entibus nonnulla & esse & non esse contingat, quod & ea quæ gigni solent, ita sese habebunt, & non necessario erunt, apertum est. Vtrum igitur vniuersa sint eiusmodi: an non; sed aliqua simpliciter fore necessarium sit, & sicut in ipso esse sit, vt quædam non possint non esse, quædam possint non esse, sic & in ipsa quoque generatione? verbi gratia, solstitia fore necesse est, nec fieri potest, vt non contingat. Si igitur prius fore necesse est, posterius erit, vt si domus, fundamentum, si vero fundamentum, lutum: non ne ergo si fundamentum factum est, domum quoque fore necesse est: an non adhuc, nisi & eam fore simpliciter necesse sit? quod si hoc sit factum fundamento, fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet ad posterius. Quæde causa si hoc erit, ante fore illud est necesse. Si itaque est necesse fore posterius, prius quoque necesse est: & si prius & posterius. Verum non ob illud, sed quia necessario futurum supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit, semperque si prius est factum, posterius fore necesse est. Quod si deorsum versus in infinitum habeant, haud quaquam ex posterioribus hoc fore simpliciter, sed ne ex suppositione quidem erit necesse: nam semper aliud ante necessario erit: quocirca & illud fore necessarium

liter dicendum de ijs, quæ per generationem producuntur. Pronuntiatum hoc probat Aristoteles duplici ratione, quarum prior, quia sumitur a distinctione Græci vocabuli rem futuram significantis, quæ dictio apud Latinos non est, in Greco tantum idiomate vim obtinet. Ea vero ita se habet, Ad rem futuram significandam aut vltimus verbum εἶναι quod denotat rem necessarium futuram; aut μένειν quod denotat rem posse esse & non esse. Igitur rerum quædam necessarium, quædam non necessarium sicut. Posterior ratio ita concluditur, Generatio est via ad esse; ergo sicut se habet esse rerum; ita & earum generationes: sed quoddam esse est necessarium, vt Solem in orbem moueri, quoddam contingens, vt Socratem currere: ergo & generationum quædam erunt necessariae, alie contingentes. Hæc probatio eodem tendit, vt doceat Aristoteles generationes speciebus, id est, singularium, si spectentur quatenus per ea species conseruantur, necessarias esse: quia species rerum per se ad vniuersi ordinem & pulchritudinem requiruntur: generationes autem singu-

Generatio-
nes alias esse
necessarias, a
lias contin-
gentes.

Generatio
via ad esse.

Species requi-
runtur ad per-
fectionem vni-
uersi.

larium, si vnumquodque in se consideretur, non esse necessarias, sed contingentes, quia nullum singulare corruptibile per se sumptum ad vniuersi perfectionem, & ornatum exigitur. Cõsule de hac re D. Thomam lib. 2. contra Gent. cap. 84.

b Si igitur prius? Ut enucleatè explicet quo pacto in generatione dissolubiliu substantiarum necessitas inuenitur, dubitat vtrum sicut id, quod ortu prius est, necessario arguitur ex eo, quod ortu est posterius, vt ex recto fundamentum, ex fundamento lutum: ita retro commeet, & ex priori colligatur necessario posterius. Huic dubitationi respondet, cum posterius in se necessarium est,

Dubium

Responsio,
tunc

tunc necessatio colligi ex priori: ut si oportet simpliciter domum esse, utique necessaria rerum eo sequentia, ex fundamento arguimus domum futuram, licebitque mutuo recipere, si hoc est, illud est, si illud est, hoc est. Quin vero in tali rerum genere non est dicendum posterius simpliciter colligi ex priori, sed ex conditione sue nature, cum ponatur in se absolute necessarium esse, non aut in ex hypothesis. Ex his capi vult Aristoteles documentum ad iudicandum quando ex generatione prioris necessatio inferatur generatio posterioris, videlicet, quando generatio posterioris, in se est absolute necessaria.

Progressus generationum duplex,

c Quod si deorsum) Duplicem generationum progressum considerare oportet. Vnum rectum, alterum circularem, seu in orbem. Rectus dicitur cum forme, quae in materiam inferuntur, semper inter se specie differunt. Circularis vocatur, cum eiusmodi forme non omnes differunt specie, sed sit regressus ad illam, quae est eisdem speciei. Prioris progressus exemplum est, cum ex terra fit aqua, ex aqua aer, ex aere ignis, omnes enim haec forme specie distinguuntur. Posterioris vero, cum ex aqua fit aer, ex aere ignis, ex igni terra, ex terra aqua, ex aqua rursus aer: ubi a generatione aeris fit reuolutio ad generationem eisdem aeris. Quod ergo generationes in rectum non possint esse necessarie probat Aristoteles, quia vel tunc esset finita, vel infinita: quorum neutrum dici potest. Non primum, quia sequeretur generationes non esse perpetuas. Non posterius, quia si semper alia, & alia forma introduci ut, nulla est simpliciter necessaria. Superest ergo ut duntaxat progressus circularis generationum necessarius sit: & ex vna priori generatione necessatio sequatur alia, & tunc quibusdam interpositis, ut in proposito exemplo ostenditur) qua redeat idem secundum speciem, quod si non continuatione, regressione tamen perpetuum sit. Atque hoc modo alterni ortus, obitusque elementorum perenni circulatione sic in mundo existant, ut & ipsa elementa seruentur, & cuiusque generatio, quatenus in orbem redit, neque unquam ex toto cessat, necessitatem perennitatemque obtineat.

Dubium 1.

d Cur nam igitur) In dubitationem adducit cur quaedam ex se, mutuo in circulum orientur ut cum

sarium erit. Quare si infiniti non sit principium, nec primum quicquam erit, ob quod fore erit necessarium. At verò ne in hisce quidem, quae finem habent, atque terminum, hoc verò dici continget & simpliciter, inquam, fore quippiam, seu domum, cum factum fuerit fundamentum. Nam cum fuerit factum, nisi semper eam fieri sit necesse, semper id esse, quod potest non esse, eueniet. At in generatione semper sit esse necesse, si ipsius generatio necessario sit: nam necessario & semper simul sunt: quod enim esse esse necesse non potest non esse. Quare si quid necessario est, sempiternum est: & si sempiternum est, necessario est. Si itaque huiusce generatio necessario est, sempiterna est: et si sempiterna, necessario. Si igitur generatio cuiuspiam necessario simpliciter sit, in orbem eat, eodemque reuertatur necesse est. Nam generationem, aut terminum habere, aut non habere, necesse est. Et si non habet, aut in rectum, aut in circulum. Horum autem, si sempiterna sit, in rectum minime possibile est, quia nequaquam sit principium, neque deorsum, ut in futuris accipimus, neque sursum, ut in hisce, quae iam facta sunt. At esse principium, si finita non sit, atque eam sempiternam esse necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur regressum fieri necesse erit. Ut si hoc necessario sit, ergo & prius: at verò si hoc & posterius fore erit necesse: atque hoc semper continuè: nihil enim refert per duo, an plura hoc dicamus. Igitur necessario simpliciter circulari motui, atque generationi competit. Et si in orbem fiat generatio fore quodque, esse factum necesse est: et si necesse sit horum generatio circularis erit. Haec itaque non sine ratione accidunt posteaquam motus ille circularis atque celestis perpetuus est: nam haec necessario sunt, & erunt quaecunque huiusce motiones sunt, & propter hunc fiunt motum. Nam si id, quod in orbem mouetur, aliqua semper moueat, eorum quoque motum circulare esse necesse est, ut si supra latior orbita sit, sol orbita mouetur. Quoniam autem hoc pacto mouetur, haec sanè de causa anni tempora in circulum fiunt, redeuntque. Quae cum ita fiant, omnia profecto, quae sub ipsis sunt, haud jecus fient. d Cur nam igitur quaedam ita fieri videntur, nempe circulatim oriri, ut pluuia, & aer

Text. 69.

Text. 70.

(nam

vt cum ex aere fit aqua, rursusque ex aqua aer; & e vaporibus pluuia, atque e pluuia vapores; neque tamen idem in animantibus accidat: non enim vt ex Sophronisco Socrates, ita rursus

nā si nubes erit, pluat etiā oporteret, & si pluet, nubē quoq; fore conuenit) homines verò & animalia in se se non redeunt remeantq; ita, vt idem rursus oriatur? non enim si pater sit te fore, sed illū, si tu sis necesse est: hæc autē generatio in re-ētū proficisci videtur. Rursus autē hoc considerationis initium sumatur, simili ne modo vniuersa redeant, an non; sed quaedā numero, quaedā specie solū? Quorū igitur substantia motū subiens incorruptibilis est, ea omnia, vt patet, etiā numero eadem redire solent: nam motus id comitari solet, quod motu ciatur. Quorum, verò non, sed corruptibilis, specie, nō itē numero, reuerti necesse est. Quocirca cū ex aere aqua fit, & ex aqua aer, aer specie idem, non numero redit. Quod si & eadē numero aliqua redeant, nō tamen ea, quorū substantia ortū subit eiusmodi existēs, quæ nō esse possit.

specie restauratur, ita neque in ortu animantium: cum utrobique idem numero reparari impossibile sit.

ex Socrate Sophroniscis generatur. Quærit etiā Dabium 2.

num idem numero redire queat. Hinc autem posteriori dabio occurrat dicendo quæ semper eterna sunt & interire nequeunt, ea posse redire secundam numerum, vt idem Sol ad Arietem: caduca verò nō nisi secundum speciem regredi. Vnde etiam prioris ambiguitatis explicatio liquet. Sicut enim in reciproca aeris & aquæ generatione nō idem numero, sed idem

Responso.

Q V Æ S T I O. I.

N V M Q V O D S E M E L

interijt, per vim naturæ idem omnino redire possit nec ne:

A R T I C V L V S I.

V E T E R V M I N P R O P O S I T A

quæstione sententia, eiusque improbatio.



Variæ sunt in hac controuersia Philosophorum sententiæ. Nam Platonici, vt Diuus Augustinus libro 12. de Ciuitate Dei cap. 13. refert, & ex eorum libris constat, arbitrati sunt, confestim siderum, cœlorumque cursibus, & peracto magno anno, easdem omnino causas, eosdemque effectus perpetuò redituros, vt verbi gratia, sicut Plato

Platonicoꝝ dogma.

Phi-

Philosophus Athenis in Academia discipulos docuit; ita prolixis temporum interuallis, sed tamen certis, & idem Plato, & eadem ciuitas eademque schola, iidemque discipuli repetiti, & per innumerabilia temporum secula repetendi sint, eodem scilicet magno anno vertente. Hunc vero annum nonnulli è Platonice triginta sex millibus nostrorum annorum concludebant, quo spatio credidit Ptolemæus peragi cursum nonæ Sphæræ ab occasu in ortum. Cui tamen rectè contradixit Alphonsus Rex in suis tabulis aiens non nisi quadraginta nouem millibus annorum eiusmodi periodum confici. Ad hæc, Platonice dogma fuit, quod illi à Pythagoræis: hi verò ab Aegyptijs, vt Herodotus libro. 2. scripsit, acceperunt, animas, cū è corporibus exiissent, ad corpora sapius redire. Aiebant autem Platonice nonnulli huiusmodi animarum descensum in corpora per orbem mundanos gradatim fieri. Nam aliquando animam vitam agere Aetheream apud eam stellam, cui vel natura, vel affectu est propinquior; aliquando Dæmoniacam in igni: hinc Heroicam in aere: denique in terris humanam.

Ac nonnulli etiam è Pythagoræis, & Platonice, itemque Hiachas, Brachmanes, Zoroastres, Trismegistus, & Appollo Thianus animos ratione præditos in belluina corpora, belluarum animas in corpora humana vicissim demigrare dixerunt. Aiebant præterea humanos animos pro ratione antea vitæ, pecudū corpora fortiri. Eos, qui cantui dediti fuissent in lusciniæ, olores, aliasve eiusmodi cantatrices aues: qui foedis voluptatibus, in porcos; qui latrocinijs in lupos; qui iracundiæ in serpentes: qui audaciæ in leones: qui fraudibus in vulpes degenerare. Homerum in pauonem; Orpheum in Cygnum abiisse. Animam Thamyrae philomelam affectasse: Aiæcis leonem, Agamenonis aquilam, Therfitis simiam. Ex eodem quoque placito effluxit id, quod narrat Plutarchus in libro de sera numinis vindicta nepe inferorum opifices conatos fuisse Neronis animam clavis ignitis vndique transfixam in Pindaricæ Echidnæ speciem vertere, ac transformare, vt per viscera erumpens partu matrem deuoraret, ac laniaret; fuisse tamen in aliud bruti genus cicurius, nempe in reptile iuxta lacus commorans, transfusam: propterea quod Græcorum genus seruitutis iugo liberasset.

Alcinous in libro de doctrina Platonice capit. 16. sic Platonice dogma interpretatur. Cū, inquit, omnium artifex, quamlibet animam antea cognato astro tanquam vehiculo imposuisset, instar legum conditoris fatales eis leges explicauit, vt ipse extra culpam delictorum existeret. Docuit igitur perturbationes à corpore exorituras voluptatem, dolorem, metum, iram; quas si vincerent in cognatum astrum denique redituras: si verò ab ijs superarentur, generatione secunda, in vitam foeminæ migraturas: Et quæ nondum ab improbitate cessarent, in belluarum corpora immittendas.

Sunt verò nonnulli, è quorum numero est D. Augustinus lib. 7. de Gene-

Anni magni spatium.

Ptolemæus. Alphonsus Rex.

Dogma Platonice vnde fluxerit.

Varietas corporū, in quæ redire animas finxerunt veteres.

De anima Neronis.

Interpretatio Alcinoui.

D. August. expositio.

Qu
ter
nif
tura
pos
Dio
du
Greg
20. i
D. D
4. de
th. c
Chry
de r
Amb
fide
Aug
de Ci
Ther
4. di
44.

Genesi ad literam cap. 10. qui sentiunt, uti par est, præclaros illos philosophos veram nostrorum animorum in pecudum corpora transmigrationem haudquaquam docuisse: sed rebus fictis adumbrasse quo pacto homines vitijs & moribus deprauatis quodammodo propriam exuat naturam, & in bestias mutantur. Itaque animorum transitum nõ in pecorum membra, & effigiem, sed in pecorum affectus significasse. Vel etiam propterea eiusmodi palingenesiam finxisse, ut homines metu poenæ & futuræ post mortem conditionis à sceleribus deterrerent. Quo fit ut Philoponus libro 1. de anima ad textum 53. Aristotelem mordacitatis insimulet, quod Pythagoricam philosophiam de animorũ reditu in corpora siue humana, siue belluina tanquam fabulosam, ac minime seriam contempserit; cum lateant in ijs occulta mysteria, quæ Philosophi, ne inuulgentur, atque omnibus passim fiant obuia, recondere consueuerunt. At enim morem hunc cur Aristoteles interdum improbet, diximus in primo Physicæ Auscultationis libro cap. 7. quæst. 1. art. 1.

Cæterum quidquid illi existimarint, siue etiam dixerint animas remeaturas ad propria corpora; ex quo sequebatur reparandum idemmet singulare, quod perierat: siue asseruerint immigraturas in corpora diuersa; ex quo non colligebatur idemmet singulare restituendum fore; cum numeralis identitas compositi Physici non nisi ex eadem materia, eadẽque forma singulari confurgat: fides tamen orthodoxa veritatis magistra docet cõmentitium esse perpetuum illam rerum omniũ circuitum, & animorum ad alia, atque alia corpora regressionem. Itaque eiusmodi figmentum D. Augustinus loco citato multis sacrae paginae testimonijs refellit. Si enim ita res haberet, non solum mortui semel ad vitam excitandi essent, ut re vera sunt; sed iterum ac sæpius, imò & infinitiẽs interitum subituri; cuius oppositum docet illud D. Pauli cap. 4. epistolæ primæ ad Thessalonicenses; semper cum Domino erimus, videlicet post resurrectionem; & ad Romanos 5. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Item illud Apocalyp. 10. Tempus non erit amplius. Denique idẽ statuit fidei articulus, quo futurã vitam æternã profitemur. Quod verò hic error etiã à philosophiæ veritate abhorreat, sequenti articulo patebit, vbi ostendemus eundem numero effectum naturæ viribus redire non posse. Tametsi, quod attinet ad metempsychosim, eam non hic ex instituto, sed in tertio de anima proprijs argumentis confutare decretum nobis sit.

ARTICVLVS II.

OPINIO ALIORVM EXISTIMANTIVM

id, quod interiit, posse idem numero redire per naturam.

Quod ite re-
surrectio nõ
nisi superna-
turaliter sic
possibilis D.
Dionys. c. 6. d.
dia. nom. D.
Greg. homil.
20. in Ezech.
D. Damas. lib.
4. de Fid. or-
th. c. 28. D.
Chrys. hom.
de resur. D.
Ambr. lib. de
fide resur. D.
Aug. lib. 22.
de Ciuit. c. 4.
Theologi in
4. dist. 13. &
44.

Superioris
dogmatis cõ-
futatio.

Riecto Ethnicorū errore, cum nostris Philosophis nūc res erit, expendemusque, num aliqui saltem effectus iisdem numero per naturam restitui queant. Richardus in 4. sent. dist. 43. q. 1. ar. 3. alijque nonnulli affirmantem partem sequuntur; quam etiam probabiliorem iudicat Scotus ibidem quæst. 3. artic. 1. Sunt autem pro hac opinione hæc argumēta. Si calor spatio trium horæ quadrantium existat, illius existentia in primo, & tertio non pendet à sui ipsius existentia in medio quadrante. Potuit ergo existere in primo, & tertio; esto in medio non extitisset; hoc autē fieri non posset, nisi corrūperetur, idemque rediret. Ergo calor qui semel interiit reparari idem potest. Secundò, Aqua in multas partes secta perit, vt pote dissoluta vnione partiū, quibus constat; at si rursus partes coeant, eadem singularis aqua reparatur, cum ex iisdem partibus non nisi idem totum coalescat; igitur idē totum semel destructum, redintegratur. Tertio, Quædam partes anima præditæ ab animantibus diuulsæ, arte medica iterum reliquis vniuntur: ergo quod interiit, potest idem numero reuiuiscere. Quòd si quis respondeat non esse id absurdum in parte corrupta, & confestim toti, prædicto modo, applicata; esse tamen absurdum & impossibile per naturam in toto vivente, quod interiit. Contra id obijcitur. Nam D. Augustinus super Psalm. 101. refert à quibusdam traditum pelecantum rostro pullos suos occidere: sed post se ipsum sauciando, sanguinem effundere, eoque superfusos pullos vitæ reddi. Idemque commemorat D. Gregorius super eundem Psalmum, aiens ita philosophos opinari; ergo totum etiam vivens, naturæ facultate, potest in vitam reduci. Quartò, Iisdem homines possunt vi naturæ ab interitu reuocari; ergo iisdem effectus possunt naturaliter restitui. Antecedens multis modis ostēditur; Primum, quia intereūte Socrate, manet in materia potentia naturalis passiva ad eandē numero animā excipiendam, cū potentia materiæ nihil aliud sit, quàm ipsa materiæ essentia, quæ mutari nequit; itemque in anima separata manet appetitus naturalis, vt corpori vniatur, teste D. Augustino libro 12. de Genesi ad literam capit. 35. & D. Thoma prima part. quæst. 76. art. 1. ad 6. qui appetitus similiter est ipsamet natura animæ, ac nihil aliud quàm formalis propensio ad informandum corpus. Quare cum nec illa potentia naturalis materiæ, neque hic animæ appetitus frustra esse debeant, dabitur aliqua vis in natura, quæ vtrumque explere valeat. Deinde, Animus contra naturā suam, extra corpus detinetur, cum naturale ei sit esse in materia, ad quam informandam suo pte ingenio inclinatur: atqui nihil per vim æternum esse potest, vt docet Aristoteles 1. de Cælo cap. 2. text. 15. & lib. 2. cap. 3. text. 18. ergo animus nequibit vagari sempiterno tēpore extra corpus, atque ita ad id tandem repatriabit. Prætereà, Homini, secundum naturæ conditionē spectato, debetur naturalis beatitudo, quæ est vltimus eius finis naturalis, cum cæteræ res suos vltimos fines naturaliter assequantur; sed hunc finem non potest obtinere in hac vita mortali tot miserijs obnoxia; Vnde D. Augustinus libro 13. de Trinitate capit. 8. & 20. statuit non posse homini in corpore mortali.

Primū arg.

2. argum.

3. argum.

D. Aug. de peccano.

D. Gregor.

4. argum.

D. August.
D. Thom.

Nullam violentiam perpetuam.

Lege Pier. in Hierogl. c. 21

Lege
quodl.
Capit.
loc. hic

mortali beatitudinem contingere: oportet ergo animam naturæ ipsius ope, ac beneficio ad corpus redire, ut homo in meliori statu positus, naturali felicitate potiatur. Nec sat erit talem beatitudinem obtinere in anima separata: tum quia sic non expleretur appetitus totius speciei, tum quia non sola anima, sed totus homo præmium, aut pœnam meretur. Quæ ratione futuram corporum resurrectionem probant D. Chrysofostomus homil. 65. in Ioannem, Cyrillus Ierosolymitanus catech. 18. Damascenus lib. 4. cap. 28. Tertullianus lib. de resurrectione carnis cap. 14. Gregorius Nyssenus oratione 3. de resurrect.

D. Chrysofost.
D. Cyrill.
D. Damasc.
D. Gregor.
Nys.

Postremò, quòd in doctrina Peripatetica, non sit negadù posse idem numero corruptum redire, ex eo probatur, quia Aristoteles lib. 8. Metaphys. cap. 4. text. 11. & lib. 12. eiusdem operis cap. 2. text. 11. ait si eadem materia, idemque agens perseveret, eundem effectum productum iri. Et lib. 8. Physicor. cap. 6. text. 53. & hoc in lib. cap. 10. text. 56. docet idem eodem modo se habens facere idem. Cum ergo re intereunte maneat eadem materia, possitque perseverare idem efficiens, eodem pacto se habēs, utique fatetur Aristoteles rem, quæ interijt, posse reparari.

f. argum.

ARTICVLVS III.

APPROBATIO CONTRARIÆ SENTENTIÆ.

ADuersaria tamen opinio existimantium quod semel propriè interijt, idem numero per vires naturæ redire non posse, vera est, eaque tradidit Aristoteles hoc in lib. cap. 11. text. 70. & in cap. de oppositis, vbi docuit non esse regressum à priuatione ad habitum, & lib. 5. Phys. cap. 4. text. 37. vbi scripsit non posse redire eandē numero sanitatem. Idem tuetur D. Thomas lib. 4. contragentes cap. 18. Ferrariensis in commentarijs eiusdem capituli. Hēricus Gandauensis quodlibet. 7. quæst. 16. Durandus in 4. distinct. 43. quæst. 2. Capreolus ibidem quæst. 1. art. 1. Richardus quæst. 1. circa 3. princip. Auerroes hoc in lib. ad text. 70. Zimara in theorematis proposit. 102. alijque complures. Nituntur autem hi auctores eo potissimum fundamento, quòd quilibet effectus singularis pendeat ab eodem numero agente, materia, tempore, ac reliquis circumstantijs, quæ ad eius productionem concurrerunt. Nec enim alia ratio excogitari potest, cur hic potius, quam ille singularis effectus producat, nisi quia huiusmodi singularium circumstantiarum confluxu perficitur. Et vero semper eadem omnino circumstantiæ habentur, cum eadem est agentis actio, seu productio. Quo fit, ut ex unitate productionis arguatur identitas effectus, ex varietate diuersitas. Ut enim quælibet res per actionem, qua producit, ultimo, ac completè à suo efficiente accipit esse, & singularitatem; ita ab eadem

Lege D. Th.
quodl. 4. q. 5.
Capteolum
loc. hic, cit.

sic dependet, vt ab alia idem esse capere non possit. Porro ex his sequitur non posse idem singulare restitui nisi per eandem singularem actionem, cum per aliam nequeat ei reddi idem esse. At quod actio, seu productio, quæ semel euauit, eadem numero repeti nequeat, ex eo probant, quia hæc numero actio necessariam habet dependentiam à duratione, quæ sit, tum vera, tum imaginaria, quæ veræ respondet; quæ duratio redire non potest siue sit momentanea, siue successiua. Id quod ex eo ostenditur, quia alioqui si hodierna die sol, cæteri que planetae, & corpora omnia cœlestia super idem omnino spatium ab eisdem motoribus æqua velocitate, ac reliquis eodem modo, quo hesternæ die, se se habentibus, mouerentur; sequeretur tunc hodiernum, & externum diem, vnum, eundemque prorsus diem esse, atque præteritum fieri præsens. Quod certè communis animi conceptio non admittit. Consecutio probatur, quia reuolutioni hodiernæ, eiusque durationi nihil deesset ad idem tatem cum hesternæ præter coexistentiam cum duratione imaginaria.

Determinatio effectuum quoad singularitatem.

Germana causa, cur idem numero effectus reparari nequeat.

Obiectio.

Refutatio.

Porro, nos libro 2. physicæ auscultationis, Nominalium & aliorum quorundam opinionem secuti, statuimus causas omnes quoad singularitatem effectuum, quos producunt, determinari à causa prima; exempli gratia, ignem cum ex se indiscriminatim se habeat tam ad hunc, quam ad illum calorem producendum; determinari à Deo ad hanc numero actionem, per quam hunc potius, quam alium producat. Nam illud de determinatione proueniente à duratione, seu vera, seu imaginaria, futile est: cum duratio posterius quippiam sit actione, quam mensurat, eique in suo iam esse constitutæ superueniat; vt loco citato pluribus verbis disseruimus. Ad eam igitur, quam illic amplexi fuimus, philosophiæ normam, censemus componendam esse rationem, qua probetur non posse quod interiit, idem numero reparari: Nimirum quia cum hæc causa ideò hunc singularem effectum producat, quia eam Deus præfinit, vt in hoc subiecto, hoc tempore, ac denique sub his circumstantijs, hanc potius, quam illam actionem eliceret, atque adeò hunc, non illum effectum promeret: inde necessariò fieri, vt idem effectus postquam semel euauit, sicque variatis ijs circumstantijs, idem produci non valeat; quia nequit redire eadem actio, per quam fuit productus.

Sed obijcietaliquis; Post editum hunc effectum, adhuc manet in Deo potentia, qua determinauit agens naturale ad actionem effectricem illius: ergo adhuc Deus poterit idem agens similiter determinare ad eandem actionem, eundemque effectum. Huic obiectio, concessio antecedente, si de potentia absoluta intelligatur, neganda est consecutio, dicendumque, Deum non concurrere iterum ad eam determinationem, quia licet ex potentia absoluta posset, ex ordinaria tamen statuit non concurrere, accomodans se ad conditionem agentis naturalis, quod postquam semel eo pacto determinatum fuit, manet ex lege ordinaria indeterminate ad eandem numero actionem, & eundem effectum secundo producendum; quod prouenit ex ipsa finitudine agentis naturalis cuius vis, edito semel in lucem effecto, quasi effœcta manet. Hinc igitur, tamquam

Cap. 7. q. 1.
art. 2.

quam ex fonte oritur ratio, ob quam effectus, qui semel esse desijt, reparari non possit: quæ impossibilitas alijs quoque argumētis comprobari solet. Primum, quia id, quod agens naturale nunquam præstitit, credibile non est fieri ab eo posse; cum natura suæ potestatis exercendæ præuida sit: nullus verò equus eum, qui interierat, reproduxit; similiterque res semper habuit in alijs causis physicis. Quin verò si agens naturale posset rem corruptam iterum, atque iterum reparare: posset etiam potiori iure, non corruptam sæpius producere, sicque eadem res per naturam multis in locis simul existeret; quod nemo dicet. Præterea, si quoties idem agens & patiens concurrunt, idem effectus redit, ut contrariæ partis assertores volunt, sequitur eandem lucem quotidie à sole immitti, & eundem calorem posse millies in aquam transfundi: si toties igni remoto, aqua frigeat, ac toties illi idem ignis applicetur. Quod cum satis absurdum videatur, nequaquam admittendum erit, posse naturæ viribus id, quod interijt, idem numero reparari.

Natura præuida suæ potestatis exercendæ.

Dubium tamen est, si equus, qui erat à Bucephalo generandus, multis ante annis à Deo immediatè produceretur, isque interiret: vtrum nihilominus idem equus esset à Bucephalo generandus: si enim esset, iam dabimus corruptum per naturam reproduci. Huic dubitationi affirmatè respondendum est. Nam in eo quòd Deus productionem illius equi miraculo anticipavit, non abstulit Bucephalo vim naturalem, quæ ad illum generandum habet, neque verò eam impediuit: si modo ponamus, tot ante annis, prædictum equum fuisse corruptum, ut materia, in quam eius forma introducenda est, generationis tempore non sit contrarijs dispositionibus ita occupata, ut recipere eam formam non possit. Quod accideret si v. g. equus hodierna die generandus esset, & hesternum interitum subiisset. Neque hæc responsio contradicit opinioni, qua statuimus non posse corruptum naturaliter idem redire; id enim de ijs, quæ statò naturæ tempore per causas physicas producta corrumpuntur non de illis, quæ extraordinario illo modo esse accipiunt, in quibus efficiendis perinde se habet causa naturalis, ac si diuina potentia nihil circa eorum productionem fuisset molita.

Dubium:

Responsio.

A R T I C V L V S III.

E X P L I C A T I O A R G V M E N - torum secundi articuli.

Diluamus nunc argumenta, quæ probare videbantur, posse quod interitum subiit, idem redire per naturam. Ad primum respondendum est, existentiam huius caloris v. g. in tertio quadrante pendere ab existentia sui ipsius in secundo; quatenus si illius existentia in secundo interrumpatur, oporteret per aliam nouam actionem effici atque adeò non iam eundem produci. Ad secundum, cum aqua in diuersas partes diuiditur, etsi desinat esse id totum, quod antea erat, non tamen

Solutio primi argum.

Solutio 2.

tamen propriè corrumpi. Nec enim cōpositum naturale corruptionē inire propriè dicitur, nisi abscessu formæ. Quare nil mirum si, partibus iterum coeuntibus, idem totum instauretur. Nos autem de ijs tantum, quæ propriè corrumpuntur, locuti sumus.

Tertio argumento rectè occurrebatur; potest enim corruptum partiale, si à toto viuenteseperaretur, eandem viventis formam, quam amiserat, recuperare per dispositiones, nō quidem easdem numero cum ijs, quas ante habuerat; sed eis similes, idoneas tamen ad iteratam eiusdem formæ receptionem: quæ receptio comparatione partis ideò non est impossibilis per naturam, quia facile est extendere se formam ad partē ita vnitā; quemadmodū & in nutritione se se porrigit ad materiam alimenti, quæ denuò accedit, & toti agglutinatur. Si tamen vivens, cui pars antea diuisa rursus coniungitur, imperfectum fit, proindeque habeat animam diuisibilem, non reparabit pars illa eandem animæ portunculam, quam amiserat; sed nouam particulam animæ denuò eductam de potētia illius partialis materiæ, vt erit consideranti perspicuum.

Ad id, quod de pelecano obijciebatur, in quo commemorando variāt auctores: (nam D. Hieronymus epist. 29. ad Præsidium ait Pelecanū non occidere pullos, sed à serpente occisos excusso sanguine ad vitam reducere) dicendum eam historiam fabulosam esse, nec à sacris doctoribus, vti veram afferri, sed vt ab alijs traditam, vulgatamque narrari. Nam neque ijdem pulli possunt reuiuiscere, vt ex superiori disputatione constat, neque alijs eiusdem speciei, ex demortuorum cadaueribus possunt vita donari; quia perfecta animantia, cuiusmodi sunt pelecani, non nisi interuentu virtutis seminariæ animam, vitamque naturaliter accipiunt, vt docuimus in libris de cœlo, cum de phœnicis regeneratione disputarem.

Lege etiam
D. Heer on,
in p. 101.

Lege
4. d.
fine.

lib. 2, c. 3, q.
6. att. 4.

Solutio 4.

Duplex notio
materie.

De appetitu
anime separata
respectu
corpore.

Ad quartum, negandum est antecedens, & ad primam eius probationem dicendum, quod attinet ad potentiam materiæ, posse illam sumi duobus modis; vno pro inclinatione substāiali materiæ ad formā absolutè considerata: altero, pro eadem inclinatione, cum ordine respectu vè ad causam efficiētē naturalem, à qua possit reduci ad actum. Si igitur potentia materiæ secundum priorem notionem accipiatur, semper materia illā seruat, siue forma perierit, siue non, vt rectè probat argumentum: si secundum posteriorem, abolita separatavè forma, iam non manet in ea talis potentia: cum nullum sit agens physicum, à quo in eius formæ actum reduci queat, cum illæ numero dispositiones, quas forma quælibet etiam rationalis physicè requirit, à materia exciderint. Et vero manet in anima separata appetitus ad materiam informandam: sed neque hic appetitus, nec materiæ potentia frustra erunt post abscessum animæ a corpore: quia vt non dicatur frustra, fat est fuisse aliquādo perductam in actum partim à Deo, cum animum creauit, & corpori infudit (qui in eo opere habet rationem agentis naturalis, quatenus ipsa rei natura suo iure efflagitat, vt Deus in materiam vltimo præparatam animum immittat, adeò vt miraculum foret, si Deus tunc eius creationem suspenderet) partim à generante, quod producendo dispositionē materiæ.

materiae, & animae vnionem pro sua facultate attigit.

Ad secundam probationem eiusdem antecedentis, negandum est quod assumit. Enim vero status animi extra corpus nec est ei naturalis, cum natura sua sit pars hominis, & forma corporis, ad quod informandum ingenitam habet propensionem: nec contra naturam, seu violentus, quia, ut alibi exposuimus, nihil dicitur alicui rei violentum, nisi quod ei per vim extrinsecus illatam conuenit, & cui res actiue resistit, quo modo quies in loco superiore est lapidi violenta; quia per talem vim fuit in eo collocatus, atque inde excedere, & deorsum tendere per impulsum proprium nititur. Erit igitur status extra corpus praeter naturam animae; non naturalis, neque violentus.

Ad tertiam dicimus, homini secundum naturam spectato competere beatitudinem naturalem, quam Aristoteles 1. lib. Ethic. capit. 7. & lib. 10. cap. 6. 7. & 8. constituit in statu virtutis, tum moralis, tum intellectualis, adiunctis etiam bonis corporis, & fortunae, quae ad virtutis usum sufficient; & hanc beatitudinem posse à nobis per vires naturae in hac vita adipisci, non quidem perfecte quo pacto eam habuerunt primi parentes, dum primaeuam iustitiam retinuerunt; sed imperfecte, ac more humano, à qua non necesse est omnem prorsus defectum, & miseriam excludi. Ita vero ad explendum naturalem appetitum, quem huiusce felicitatis obtinendae homines habent, non necesse est redire animos ad corpora, cum etiam in vita morti obnoxia possideri queat, ut locis citatis docet Aristoteles. Nam quod Diuus Augustinus ait in hac mortalitate non esse beatitudini locum, de perfecta beatitudine intelligi debet. Nec patres ex eo ostendunt futuram resurrectionem, quod conueniens sit reuerti animos in corpora, ut naturalem beatitudinem fortiantur, sed ut totus homo praemium, quod erit supernaturalis beatitudo, vel poenam prout quisque meruit, obtineat.

Q V A E S T I O II.

P O S S I T N E E N S P E R :

manens, quod esse desijt, idem numero
diuina virtute reparari, an non,

A R T I C V L V S. I.

QVÆ ARGVMENTA PROBARE

videantur non posse.

Lib. 2. de cel.
c. 5. q. 5. a. 5.

Lege Scot. in
4. d. 43. q. 2. in
fine.

Quid dica-
tur violentū.

De natura
hominis bea-
titudine.

Explicatur
Augustini di-
ctum de ho-
minis beatitu-
dine.

Status con-
trouer sicut.



E hominibus, quorum animus, ijs intereuntibus, perma-
net, an diuina virtute à morte ad vitam reuocari queant
nulla est inter catholicos disceptatio. Nam quòd possint,
constat ex testimonijs sacræ paginæ, quæ id sæpe factum
narrat, docetque futurum in communi omnium hominū

Ethnici Phi-
losophi re-
surrectionē ne-
garunt.

resurrectione; quanuis hanc negarint omnes Ethnici philosophi, vt re-
fert Tertullianus libro de præscriptione hæreticorū cap. 7. Alij quòd
crederent animam vnà cum corpore interire, vt Epicuræi & Stoici,
qui iccirco D. Paulum resurrectionem prædicantem, nouorum Dæ-
moniorum annuntiatorem appellarunt Actorum 17. Alij quòd puta-
rent animam, etsi immortalis esset; non posse, etiam diuina virtute,
ad corpus reduci. Neque soli gentium philosophi, sed etiam inter
Iudæos Saducæi in hoc errore fuerunt, vt constat ex Matthæi 22.
& Marc. 12. itemque Simon Magus, teste Dionysio capit. sexto de
diuin. nominib. & Marcion referente Tertulliano loco citato, alijque
hæretici; quos disertissimis verbis confutant Athenagoras libro de
mortuorum resurrectione, Diuus Gregorius homil. 26. in Euangel.
& libro 14. Moral. capit. 28. Diuus Augustinus sermon. 19. de ver-
bis Apostoli, Cyrillus Ierosol. Cath. quarta & 18. Diuus Basilius
homil. 8. Examer. Theophilus Antiochenus libro primo contra Chri-
stianæ religionis calumniatores. D. Thomas 4. contra gentes capit.
79. & alij.

Athenagoras
D. Gregorius
D. Augustin.
D. Cyrillus s.
D. Basilius.
Theophilus,

Tantum igitur in quæstionem adducimus, an cõpositum, cuius for-
ma interiit, vel forma ipsa per se, vel si quid à Deo in nihilum redigatur,
an, inquam, idem prorsus diuina virtute reparari queat. Durandus in
4. dist. 43. Ioannes à Neapoli quodlibet 21. quæst. 6. Abulensis ad cap.
22. Matthæi quæst. 238. & Marsilius hoc in libro quæst. 18. ad negan-
tem partem deflexere, quæ hisce potissimùm rationibus confirmatur.
Ideò agentia creata nequeunt eundem numero effectum reparare, quia
non est in eorum potestate repetere eandem actionem, qua effectus in
lucem prodit, & à qua necessariò depēdet; atqui nec Deus potest ean-
dem actionem rursus edere; sicuti nec eundem motum, aut tempus, aut
momentum; ergo & cæt.

Primū Arg.

2. Arg. Secundò. Idem probatur ex eo: quia si res iterū est; ergo bis est: ergo
habet duplicem durationem, ergo duplicem existentiam; igitur sunt
3. Arg. duæ res, & non vna, atque eadem. Tertiò. Id, quod iam est, dum est,
nō potest à Deo produci, cum producere sit cõferre esse rei non habētis;
ergo multo minus id, quod iam non existit, vlla vi effici poterit.
4. Arg. Quartò. Per diuinam potentiam fieri nequit, vt id, quod extitit, nō
fuerit, nec vt, quod nō fuit, extiterit, vt docuit Plato in Sophista, & ex
Agathone refert, approbatq; Aristoteles lib. 6. Ethic. cap. 2. ergo pari
modo fieri non poterit vt id, quod desijt esse, neque est, rursus existat.
5. Arg. Quintò. Si Deus ageret ex necessitate naturæ, non minorē haberet
potentiam, quam nunc habet agens liberè: sed tunc non posset idē cor-
ruptum reparare: ergo neq; modò potest. Maior propositio ostēditur,
quia quidquid Deus potest, per potētiam potest, nec volūtas minuit, au-

get

Soti
44. q.
ca ar
Arge
q. 1.
alior
dist.

get ve potentiã, seu liberè, seu necessariò operetur. Vnde philosophi, qui Deum ex necessitate naturæ agere posuerant, nõ propterea infinitam ei potentiam denegarunt. Minor suadetur, quia tunc Deus nõ ageret, nisi per causas secundas modificando suam potentiam, eamque accõmodãdo ad earum finitudinem, & imbecillitatem; alioqui si absque ea moderatione totam suam vim effunderet, necessario produceret infinitum. Cùm ergo causæ secundæ nequeant quod corruptum fuit, idẽ numero restituere, fatendum erit id neque in diuinam potentiam vllõ modo cadere.

ARTICVLVS II.

PARTEM AFFIRMATIVAM
omnino veram esse.

HÆC tamen sententia probanda non est, asserendumq; res õnes permanentes, siue ex parte, siue ex toto perierint, posse easdem secundũ numerum diuina virtute redire. Quæ est assertio D. Thom. quodl. 4. art. 5. & opus. 9. c. 82. & 4. contr. gent. c. 81. Ferrariensis ibidẽ, Aegidij theor. 1. Henrici Gandauensis quodlibet. 7. quæst. 16. Scoti in 4. dist. 43. q. 1. D. Bonauenturæ ibidẽ quæst. 5. Capreoli q. 1. Paludani quæst. 2. & 3. & Theologorũ cõmunis; estque D. August. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 20. & serm. 19. de verbis Apostoli vbi ita scripsit, si in nihilũ rediremus facere Deus poterat, vt essemus, sicut & fecit nos esse, cùm antea nunquam fuisset. Quod item esserit D. Gregorius homil. 28. in Euangelia vbi Longe, inquit, minus est Deo reparare quod fuit, quã creare quod non fuit. Ex quorũ Patrũ dictis ita licebit argumentari, Non minor est Dei potẽtia, postquã res aliqua permanens ab eo producta enauit; quã erat antequã illam efficeret (cùm res postquam ab illo productæ fuerunt, nihilominus, quã antea, in eo eminentes sint) ergo respectu diuinæ potentiæ nõ magis repugnat eandẽ ab interitu vendicari, quã repugnabat antea produci; Quare poterit illam Deus inesse pristinũ restituere; præsertim cùm ex parte ipsius rei, quæ restitui debet, nulla sequatur implicatio, vt ex argumentorũ solutione patebit. Vnde etiã deduci potest vulgata illa ratio ad idẽ confirmandũ; videlicet quia id, quod nullã repugnantiam inuoluit, potest à Deo fieri: nulla verò inuoluitur, si res permanens, siue corrupta omnino fuerit, siue in nihilũ residerit, eadẽ numero reparetur. Tertiò, idẽ hunc, in modũ cõprobatur. Ideo vi naturalium causarum nequit permanens, quod extinctũ est, idem numero redire; quia idem nõ nisi per eandẽ actionẽ, produci potest; atqui Dei potentia, cùm nullis certis limitibus contenta sit, omnesq; gradus rerum tam específicos, quã singulares in se eminenter cohibeat, non limitatur ad certa instrumenta, certumve agendi modum, nec ex se aliunde determinatur; potest igitur eandẽ actionẽ rursus edere, atq; adeò nihil impedit, quominus idẽ numero postquã esse desijt, reproducat.

Assertores
partis affir-
matione.

D. August.

D. Gregor.

Prima ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Rrr 2

Quæ-

Soti in 4. d.
44. quæst. vni-
ca articulo 1.
Argentinatis
q. 1. art. 1. &
aliorũ in 4.
dist. 43.

Questio.

Responsio.

Quæsierit tamen aliquis, an Deus non solum per se immediate, sed etiam adhibendo ad id creaturam tanquam instrumentum, possit id, quod esse desijt, reparare. Cui dubitationi respondendum est, si id, quod desijt, sit ens per se subsistens, quod fuerit annihilatum, ut anima rationalis, vel Angelus, quod proinde non nisi per creationem restitui debet, tunc de illius restitutione idem iudicium ferendum, ac de creatione. Quare cum verior sit sententia eorum, qui credunt non posse à Deo assumi creaturam, ut instrumentum, ad creandum; conuenienter asserendum erit, nec posse Deum uti creatura, ut instrumento, ad reproduendum id, quod per annihilationem desijt esse. Si verò aliter esse discerit, ut calor, qui frigore expulsus perijt: tunc dicendum vel quæri, utrum idē numero calor possit reparari, assumpto instrumento actu vel potestate calorem habente, ut igni, vel pipere: aut quæri, nū reparari possit per instrumentum, quod omnis prorsus caloris expers sit, ut aqua summè frigida. Si igitur de priori instrumento quæstio proponatur, respondendum erit, posse Deum per illud reproducere id, quod perijt excitando v. c. ignē, qui alioqui poterat calorem producere, ut illum singularem calorem, quem efficere non poterat, efficiat. Nulla enim ex eo sequitur implicatio contradictionis, cum hic calor singularis, non absoluta, sed physica tantum necessitate à certo agente calido pendeat. Quòd si de posteriori instrumento quæstio sit, tunc dubium est probabile in utramque partem, quod quia à nobis in Metaphysica adductis argumentis ex professo tractatur, cum in disceptationem adducimus, num Deus quemlibet effectum causæ secundæ effectricis, quouis instrumento præstare queat; ideò hanc controuersiam in eum locum referuamus tum quia ibi opportunius discutiatur, tum ne hic plus à quo longiores simus.

ARTICVLVS III.

RESPONSIO AD PRIMI
Articuli argumenta.

Ad primum.

Diluamus nunc argumenta, quæ probare nitebantur rem permanentem, quæ esse desijt, non posse eandem omnino diuina virtute restitui. Ad primum concessa maiori, neganda est minor, dicendumque sicuti Deus potest id, quod perijt idem numero reproducere, ut ostensum à nobis fuit, ita posse reparare actionem realiter eandem. Nam cum actio sit idem re cum termino, nequit terminus idē re, nisi per actionem realiter eandem, etiam à Deo restitui. Diximus realiter, non autem formaliter eandem, quia non repugnat id, quod esse desijt, reparari per actionē formaliter distinctam, cuiusmodi esset actio creandi, qua Deus crearet equum, quem annihilauerat: hæc enim cum sit è nihilo productio, non potest non differre specie à generatione, qua idem equus, per naturæ vires, productus fuerat.

Ad

Reproducen
dū Angelū
cum eadē dū
ratione Soa-
rius 3. p. q. 33.
2. 1. disp. 44.
sect. 6. Mo-
lina 1. p. q. 10.
2. 5. dis. 1.

Ad secundum respondemus, ex eo quòd res, quæ desijt iterum sit, non necessario consequi, vt habeat duplicem durationem, duplicemvè existentiam. Sicut enim recuperat eādē essentiam, ita potest eandem durationem, eandemque existentiam recuperare; atque vt dicatur bis esse, fat est interruptam fuisse eius durationem, & existentiam, eamque iterum assumpsisse.

lib. 4. Physic.
3. 9. 2. 2.

Ad tertium respondendum est, si produci sumatur pro accipere de nouo esse, quod res antea nullo pacto habebat, tunc fieri non posse; vt res, quæ iam existit, producat; cum id implicationem inuoluat. Si tamen vsurpetur pro accipere esse quolibet modo, tunc non negandum id, quod iam existit, posse alibi idem esse à Deo accipere. Nam si Petrum, qui Conimbricæ est, simul Deus Romæ constituat, quod fieri posse alibi ostendimus, tunc idem esse, quod Petrus Conimbricæ habet, Romæ accipiet: quemadmodum & idem esse reale, quod Christi corpus habet in cœlo, accipit sub modo sacramentali, in diuina Eucharistia.

Ad 3.
p Potest iam
corpus à Deo
in duobus lo-
cis simul cō-
stitui.

lib. 1. de cœ-
lo c. 12. ad
text. 140.

Ad quartum concedatur antecedens, negetur consecutio, nam ex eo quòd redeat id, quod fuit, non sequitur repugnantiam, vt constat ex dictis, quæ tamen manifestè apparet, si demus rem, quæ fuit, non extitisse, aut rem, quæ extitit, non fuisse, vt alibi docuimus cum D. Augustino lib. 26. contra Faustum, cū D. Hieronymo in epist. ad Eustochium de custodia virginitatis, & refertur cap. Si Paulus 32. quæst. 5. cum D. Anselmo 2. lib. Cur Deus homo cap. 12. & in lib. de Concordia præscientiæ & liberi arbitrii: quorum patrum sententiam defendunt Diuus Thomas 1. p. quæst. 25. artic. 4. & Caiet. ibidem, Richardus in 1. distinct. 42. quæst. 5. Capreolus ibidem quæst. 1. ad argumenta contra 7. conclusionem, Ferrariensis 2. contra gentes cap. 25. & alij.

Ad 4.
D. August.
D. Hieron.
D. Ansel.

Cap. 10. q. 3.
2. 2.

Ad quintum, neganda est maior propositio, quia agere ad extra ex necessitate naturæ, & non libera voluntate, imperfectio est, quæ si in Deum caderet, non haberet Deus infinitam virtutem: non quòd potentia à voluntate sit, sed quia imperfectio voluntatis diuinæ nequit esse cum infinita perfectione potentiæ: quandoquidem diuina voluntas, & potentia, cæteraque attributa sunt vnumquid simplicissimum: atque adeò si voluntas esset imperfecta, etiam potentiam imperfectam esse oporteret: & ita diceretur illa hanc arguitiue minuere, quatenus ex illius imperfectione, huius imperfectio necessario argueretur. Vnde colliges si Deus ageret ex necessitate naturæ futurum, vt esset, ac non esset Deus: esset enim, quia ita ponitur: non esset, quia aliquam imperfectionis notam sustineret, quæ tamen à diuina natura longissimè abest. Quod non videtur aduertisse Aristoteles, qui Deo & agendi necessitatem, & infinitam virtutem simul attribuit, vt 8. Physicorum libro annotauimus.

Ad 5.
Si Deus agat
ex necessi-
tate naturæ,
esset ac non
esset Deus.

Q V Æ S T I O III.

POSSIT NE SVCCESSIVVM,
quod euauit, diuina virtute idem restitui.

A R T I C V L V S. I.

N E G A T I V Æ P A R T I S.

argumenta.



Prima ratio.

Negatiuam partem huiusce controuersiae defendunt S. Thomas quodlibet. 4. art. 5. Henricus Gandauensis quodlib. 7. quaest. 16. Durandus in 4. distinct. 43. quaest. 3. Capreolus ibidem quaest. 1. Ferrariensis ad caput 81. libri 4. contra gentes, & plerique alij. Probatur autem haec pars hisce rationibus. Id, cuius vnitas ex sua natura requirit continuitatem, non potest idem restitui; quia si interrumpitur iam soluitur eius continuitas: sed vnitas entis successiuini requirit continuitatem, vt constat ex ijs, quae docet Aristoteles lib. 5. Physicorum cap. 4. text. 39. ergo nullo ens successiuum potest idem numero redire.

Secundò. Non potest restitui idem motus, nisi restituatur idem tempus; sed idem tempus non potest restitui: ergo & cetera. Probatur minor, quia tempus verum & positiuum habet ordinem essentialem ad tempus imaginariu; quod cum diuinitus mutari, aut transferri nequeat, fit vt idem iudicandum sit de tempore vero & positiuo; atque adeo vt hoc postquam desijt, reparari non possit.

Tertiò. Minus est rem iam existentem conseruare, ne corrumpatur, quam corruptam reparare; sed Deus non potest conseruare rem successiuam ne corrumpatur: ergo fortiori ratione nequibit corruptam reparare. Minor suadetur, quia si res successiuua conseruetur, & cohibeatur ne fluat, non iam erit successiuua, sed permanens: atque ita à propria natura decidet, quod fieri non potest.

Quartò. Reproductio eiusdem successiuini vel est simpliciter impossibilis, vel possibilis simpliciter; si possibilis simpliciter; ergo possibilis erit virtute naturali: Enim verò quādoquē; effectus est simpliciter possibilis, & causa parē habet virtutē, atq; antea; nō minus poterit ex tali causa idē effectus prouenire, atque antea potuit. Si igitur reproductio eiusdem successiuini sit effectus possibilis simpliciter, certē causa naturalis, quae ipsum prius edidit, & eo corrupto, aequē potens, & efficax est, poterit idem omnino restituere: Atqui hoc à veritate alienum est: ergo reparatio eiusdem successiuini est effectus simpliciter impossibilis. Talis autē effectus

Ex Durando.
loco supra ci-
tato,

Ex Scō
4. d. 43
Dur. q.

effectus subterfugit omnem causam: igitur per nullam virtutem idem numero successiuum reproduci poterit.

Quintò. Si idem successiuum posset reuocari, sequeretur posse spatio vnus quadrantis mille annos decurrere; hoc autem nulla ratio admittit, ergo neque illud. Consecutio probatur, si enim non repugnat primum quadrantem proximè transactæ horæ ad eum, qui nunc fluit, restitui; certè nec repugnabit restitui simul ad eundem, secundum, tertium, & quartum, similiterque omnes quadrantes, quotquot mille annorum curriculo fluxere.

Sextò. Entia successiua, eo ipso quòd successiua sunt, non solum vendicant partem extra partem (hoc enim commune est omni quanto etiam permanenti) sed tanquam essentialem differentiam sortiuntur obtinere illas secundum prius & posterius, vt sensit Aristoteles 4. lib. Physicorum cap. 11. at si eæ partes recurrant concedendum erit, quæ fuerant priores, fieri posteriores, & contra: atque adeò amittere rationē sibi intrinsecam, & essentialem, quod fieri nequit: ergo & cæt. Assumptio probatur, quia finito extremo horæ quadrante poterit Deus, si eandem horam reuocare potest, sic eam reuocare, vt incipiat ab vltimo quadrante, ita vt quartus fiat primus, & tertius secundus, atque eodem modo cæteri; quo fiet, vt partes posteriores, maneant priores. Nullo ergo pacto admittendum videtur cadere in diuinam virtutem, vt res successiua eadem numero reuocentur.

ARTICVLVS. II

PARTEM, QVÆ AFFIRMAT
probabiliorem videri; nec aduersariorum argu-
menta concludere.

Contraria pars defenditur à Bassolio in 4. dist. 43. quæst. 1. à Mayrone in 4. distinct. 44. quæst. 3. & Aureolo apud Capreolū dist. 43. quæst. 1. art. 2. Bernardo cōtra Henricum quodlibet. 7. quæst. 14. & alijs, potestque illa suaderi diluendo implicationes, quas aduersarij contendunt sequi ex reditu successiui: quæ probandi ratio in subiecta materia perquam efficax est. Si enim ostensum fuerit eiusmodi implicationes non rectè colligi, aut re vera implicationes non esse, in confesso erit posse idem successiuum à Deo reuocari, cum id, quod nullam repugnātiā inuoluit, haud quaquam sit diuinæ potentia denegandū.

Quod igitur ad primum argumentum spectat, cum sumit vnitatem successiui pendere ex ipsius continuitate, bifariam id intelligi potest, nimirum, vel quia vt successiuum sit vnum, debet sibi ipsi continuum esse: vel quia oportet, vt eius partes inter se continuentur. At non priori modo, siquidem nihil sibi ipsi cōtinuum esse dicitur. Si posteriori, esto successiuum redeat, adhuc eius partes inter se cōtinuitatem seruabunt:

ergo

Ex Scoto in
4. d. 43. q. 1.
Dur. q. 3.

Quæ cōtinui-
tas requiritur
ad vnitatem
entis successi-
ui.

ergo adhuc erit vnum, idemque sibi ipsi; non minus quam vna quantitas permanens, si Romæ & Conimbricæ per diuinam potentiam simul ponatur (quod non esse impossibile lib. 4. Physicorum ostendimus) erit eadem numero quâtitas, non quòd sibi ipsi in diuersis locis continetur; quando quidem ea, quæ loco distant, continua non sunt; sed quia vtrobique illius partes sibi mutuò cohærent.

Hic aduerte Sotum, licet in hoc argumento à cōtinuitate desumpto, magnum ad opinionem suam præsidium esse arbitretur, concedere tamen, si motus localis sit quid distinctum à mobili, posse illum diuinitus reproduci. Quia in re parum sibi videtur constare; siquidem perspicuū est, siue motus distinguatur à mobili, siue non, dum reproducitur non inesse illi eam cōtinuitatem, quam ad vnitatem successiui requirit. Quare aut talis vnitas exigenda non est, aut absolutè negandum posse eundem numero localem motum reuocari.

Ad secundum argumentum, concessa maiori, neganda est minor; & ad eius probationem dicendum, licet tempus verum & positium aliquem commensurationis ordinem habeat ad tempus imaginarium, non tamen ab eo pendere illius essentiam, singularitatemvè: cum eiusmodi tempus, vtpote fictitium, & nihil omnino habens entitatis, nullā realem causalitatem in verum, & positium ens exercere valeat. Quare ordo ille, siue respectus commensurationis nihil obstabit, quominus idem numero tempus redire possit. Quod ex eo etiā ostenditur, quia v. g. superficies, quæ gymnasium ambit, non minus superficiei imaginariæ respondet, & commensuratur, quàm tempori imaginario tempus verum, ac positium; & tamen constat eandem realem superficiem non solum diuina virtute posse aliò transferri, sed per vim naturæ frequentissimè id fieri, cum aer gymnasium ambiens ventorum flatu huc illuc com meat.

Quòd si quis obijciat; quemadmodum locus est immobilis propter superficiem imaginariam ei respondentem, quæ immobilis est, ita tempus positium debere esse irreuocabile propter tempus imaginarium, cui commensuratur. Occurrendum quanuis, si tempus positium accipiatur reduplicatiuè, prout coexistit imaginario, reuocari non possit, vt neque imaginarium potest; tamen si consideretur quoad suam realitatem positiuam & absolutam, de qua in hac disputatione quærimus; tunc non esse negandum posse illud reuocari. Esse verò peculiarem rationem cur locus, etiam specificatiuè sumptus, Physicè tamen spectatus, immobilis perhibeatur; videlicet quia sic importat, connotatque relationem certæ distantie ad superficiem imaginariam vndique circumfusam, quam relationem, non nisi mutato per motum situ, & superficie imaginaria, deperdit. Nihil vero tale ex se importare tempus positium respectu imaginarij. Vnde est quòd locus definitur per ordinem ad superficiem imaginariam, vt denotat particula, immobilis, quæ in eius definitione ponitur. Et tamen in definitione temporis nullus exprimitur respectus ad tempus imaginarium. Neque dictis obstat quòd tempus positium, vt diximus, habet ordinem commensurationis ad tempus imaginaria-

Soti in dictis
& epugnancia.

Non posse
essentiam tē-
poris veri, &
positiuū ab
imaginatio
pendere.

Obiectio.

Dilutio.

Tempus po-
sitium com-
mensuratur
imaginatio.

imaginarium, quatenus tanta portio huius, tantæ illius portioni ex æquo respondet: non enim hic ordo reddit tempus irreuocabile, siquidem idem tempus numero poterit commensurari nunc vni parti temporis imaginarij, nunc alteri, si tamen ambæ æquales sint; quemadmodum, & eundem panum diuersis vlnis, tanquam mensura externa, dimetiri possumus.

Sed & alia prætereà ratio occurrit ad eiusdem secundi argumēti vim infrigendam, nempe si ideò non posset redire idem motus, quia non potest redire idem tempus, quod eius propria mēsurā est, & nequit redire hoc tempus, quia nequit redire tempus imaginarium illi respondens; sequeretur neque rem permanentem, vt Angelum, posse à Deo produci, cuius oppositum ante ostendimus. Probatur cōsecutio. Etenim non minus depēdet existētia Angeli à sua duratione, quæ est æuū, & hoc æuum ab æuo imaginario, quod ei similiter respondet: quàm motus à tempore positiuo, & tempus positiuum ab imaginario. Nam quòd detur etiam æuum imaginarium, ex eo ostendi potest, quia non est maior ratio, cur vero tempori respondeat tempus imaginarium; quàm vero æuo imaginariū: ergo si propterea motus & tempus produci nō possunt, certè neque Angelus poterit; imò neque Socrates; cum simile argumentum confici queat, ad probandum non posse redire modum æui, quo illius existētia mensurabatur.

Ad tertium argumentum negari debet antecedens, quando ex conseruatione rei sequitur euersio naturæ, atque adeò implicatio contradictionis; qualis sequitur si res successiua teneatur, ne fluat. Nam cū eius essentia in successione & fluxu consistat, vt in argumento dicitur, si existat, & tamen non fluat, nequaquam erit successiua, sed permanentis. Quod cum sit impossibile, fieri non poterit, vt successiuū absq; fluxu teneatur, & conseruetur.

Ad quartum dicendum reuocationem successiui neque esse simpliciter impossibilē, quasi à nulla potentia siue creata, siue increata fieri possit: neque esse simpliciter possibilem, quasi à qualibet potentia tã increata, quàm creata possit fieri: sed esse possibilem potentia increata, & impossibilem creata. Licet enim successiuum antequam ab agente creato produceretur, in eius potestate esset; tamen posteaquã semel ab eo productum fuit, & euanuit, iam in eius potestate esse desijt, ob rationes, quas supra attulimus. Itaque agens creatum respectu illius non iam parem habet potentiam, atque antea.

Pro quinti & sexti argumenti solutione aduertendum erit, cū dicitur ens successiuum posse diuina virtute restitui, id non ita esse accipiendum quasi modis omnibus, qui excogitari possunt, restitui queat, cum eorum multi contradictionem inuoluant. Itaque vt id possibile dicatur, sat est, si aliqua via, & ratio, qua præstari queat, ostendatur. Fieri ergo potest vt, verbi gratia, cuiuslibet anni elapsi partes in vnus horæ quadrantem, replicatæ includantur. Non tamen ita se quodammodo penetrantes, inuicemque permeantes annum in ratione mēsuræ efficient: siquidem annus constituitur ex certo numero quadrantium,

Sff

hora-

Repugnat
successiuum
impediri, ne
fluat.

Reuocatio
entis successi
ui que pacto
dicatur possi
bilis.

Possit ne an-
nus in qua-
drantem ho-
ræ diuinitus
includi.

horarum, dierum, & mensium eo modo coordinatorum, vt alij alios excipiant, & vnus post alium subsequatur. Quæ coordinatio in proposito euentu non esset, quemadmodum si cuiusuis cubiti palmi ad vnũ penetratiuè reducantur, continebitur quidem inibi tota entitas cubiti in ratione quantitatis, non autẽ mensuræ. Poterit etiam idem annus v. g. is, qui proximè transactus est (quod pari ratione de mille annis dicendum erit) diuina virtute redire, si faciat Deus quod potest facere, vt corpora cœlestia eodem impulsu, & eadem motrici actione, qua superiori anno, eodemque motu, vtpotè per idem omnino spatium, & vbi, & ex consequenti, sub eadem prorsus mensura talis motus, quam idem numero tempus, eundemque annũ esse oportet, continuata successione moueantur. Similiter poterit diuina virtute redire idem numero motus, & tempus, reuocante Deo eandem productionem successiuam caloris, cum eadem singulari duratione, quæ illam metiebatur. Ex quibus patet solutio quinti argumẽti. Licet enim ad vnus quadrantis spatium nequeat idem annus, qui præterijt, recurrere, ob rationem ante explicatam; aliæ tamen viæ sunt, quibus idem motus, idemque tempus reparari possint.

Ad sextum respondendum est, posse Deum efficere, vt vnus horæ partes conuerso ordine recurrant, atque ita vt vltimus quadrans fiat primus, & tertius secundus; neque id esse contra naturam entis successiuum. Nam tametsi hoc præter extensionem vendicet in suis partibus prius & posterius; id tamen non ita intelligi debet, quasi partes mutato ordine, aut suam, aut totius essentiam mutant; vel quasi ad quidditatem huius partis determinatè spectet, vt sit prior; & ad quidditatem illius, vt sit posterior; sed ita vt ad earum quidditatem pertineat vnã fluere post aliam, & sic alias prius labi, alias posterius, quod certè natura successiuum postulat, tanquam differentiam sibi intrinsicam: sed hoc etiam seruabitur in motu, si inuerso quasi situ remeet; quanuis eadem pars, quæ antea erat posterior respectu antecedentis, euadat prior respectu eiusdem.

Aduerte tamen si Deus successiuum cum istiusmodi partium mutatione reuocaret, minus idem futurum, quàm si ipsum eo ordine, quo partes primò fluxere, restitueret; sed ea varietas non essetiale, sed accidentarium tantum discrimen induceret. Quemadmodum & in resurrectione si Deus ita corpus Socratis repararet, vt licet eadem esset totius corporis materia: caput tamen, manus, & iecur, aliæque partes non ex eadem portione materiæ, ex qua prius, constarent; esset quidem idẽ omnino Socrates quoad essentiam, differentiamque indiuidualem, vt ait D. Augustinus in Enchirid. cap. 82. & lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 19. & D. Anselmus in Elucidario, & ad Ephes. 4. non tamen esset idem quoad rationem accidentariam, ob diuersitatem situs. Neque obstat, quod multi graues Theologi volunt, idq; nobis minimè displicet; in resurrectione partes corporis, saltè heterogeneas debere cõstare ex eadẽ met portione, ex qua antea: Non enim (si modo rectè sentiant) id requirunt ad veritatem resurrectionis, & ad seruandam cuiusque indiui-

dui

Posse eiusdẽ
horæ partes
conuerso or-
dine redire.

Mutato par-
tium ordine
non esset idẽ
successiuum
quoad identi-
tatẽ acciden-
tariam.

dui numeralem differentiam, quæ neque in permanentibus, neque in successiuis ex tali sitis identitate pendet; sed ad maiorem perfectionem resurrectionis, quæ eadem materiam non in toto solum, sed in partibus quoque exigit.

His ita pertractatis, licet vtraq; opinio de successiui reditu probabilis sit; secunda tamen verisimilior videtur, eaque recentioribus philosophis in dies magis probatur. Ac prior quidem tertia potissimum ratione earum, quas initio quæstionis retulimus, quæ faciliori negotio à calumnia vendicari potest, se se tuetur. Posterior autem eo maximè argumento, quòd cum ex tali regressu nulla sequatur implicatio contradictionis; non est cur is iudicetur impossibilis Deo, cuius potentia plus valet, quàm mens nostra possit concipere: cuius præsentia beat ciues illius Reipub. quam neque temporis iniuria carpit, neque alternatium mutationum successio turbat: in qua sol sine occasu, & sine ortu,

perpetuitas sine momentis, quies sine labore. Ad quam qui

veri philosophi esse volunt, toto animi conatu

aspirent, vt in eam tandem, ex hac defluentis

materiæ inanitate, & pereuntium cor-

porum turba, & colluione

cooptentur,

(.†.)

Cōclusio dis
putationis

FINIS LIBRI SECVNDI.



I N D E X.

R E R V M P R Æ C I P V A R V M Q V Æ
I N H O C V O L V M I N E C O N T I N E N T V R,

In quo numerus paginam indicat; P. principium;
M. medium. F. finem.

A C C I D E N S.



Accidentia ordinis naturalis
necessario vendicant certa
subiecta. 483. p.
Accidentia sunt extensa ratio
ne quantitatis. 30. m.
Accidentia non indiuiduantur
per subiectum. 70. m.
De respectu transcendentis accidentis creati à
Deo. 482. p.
Accidentia in instati generationis pereunt. 104. p.
Accidentia gignuntur secundum quid. 20. p.
Accidentia quatuor modis percunt, gignunturque. 138. p.
Accidens non refertur transcendentaliter ad ef-
ficiens. 138. p.
Accidentium spiritualium subiectum, anima ra-
tionalis. 46. p.
Accidentia materialia inhaerent primo quantita-
ti, eiusque interuentu materiae. 30. m.
Subiectum inhesionis materiae, supposita for-
ma. 48. p.
Subiectum denominationis accidentium
compositum. 43. f.
Radix recipiendi accidentia, materia prima. 48. f.
Ad recipienda accidentia requiratur ne materia
formam ut conditionem. 49. m.
Accidens inherere potest materiae forma disti-
tute diuinitus. 57. f.
Accidens idem se cum toto, in toto inheret. 36. m.
Accidens idem se cum subiecto non potest in
alio diuina virtute constitui. 39. f.
Quodlibet accidens materiale potest Deus po-
nere in subiecto materiali. 60. p.
Et immateriale in subiecto materiali, vel im-
materiali. ibidem.
Accidentia materialia quaedam potest ponere
Deus in subiecto materiali, quaedam non. 60. p.
Accidens materiale in subiecto immateriali
adhuc sensibile. 62. m.
Accidentia quomodo Verbum diuinum su-
stinet. 53. m.
Accidentia in Sancta Eucharistia. 30. f. & 76. f.
& 98. m.
Accidentia quaedam corporalia non educun-
tur de potentia materiae. 48. m.
Inherentia est modus existentiæ accidentis. 69. f.
& 73. p.
Accidens extra subiectum non datur natu-
raliter. 22. f.

Accidens extra subiectum vi naturæ quæ posu-
erunt. 65. m.
Accidentia extra subiectum Deus potest pro-
ducere. 66. m.
Et conseruare. 65. f. 66. m. 67.
Accidentia extra substantiam quo pacto adhuc
eius signa naturalia sint. 68. p.
Accidens extra subiectum imitatur substan-
tiam. 68. m.
Accidens existere non potest existentia sub-
stantiæ. 68. f.
Accidens an acquirat nouum esse extra sub-
iectum. 73. p.
An modus ille accidentis extra subiectum sit
positiuus. 74. p. & f.
Accidens extra subiectum naturaliter accidens
producit. 75. p.
Et substantiam. ibidem.
Accidens extra subiectum vi naturæ perire
potest. 75. f.
Ex substantia, & accidente vnum per se non
componitur. 371. m.
Accidens vi propria non producit compositum
naturale. 472. f.

A C C R E T I O.

Accretio, & decretio multipliciter. 262. p.
Accretio ut differt specie, & realiter à nutritio-
ne. 203. p.
Accretio in quolibet poro continua. 270. & 272. m.
Variæ ea de re opiniones & argumenta. 271.
Respondetur argumentis. 274.
Accretio, & decretio ut differant à generatio-
ne. 201. m.
Quæ accrescunt, & decrescunt ut locum mu-
tant. ibidem.
Accretio versatur circa magnitudinē. 201. f. &
202. f.
Accretio nouæ quantitatis accessio. 203. m.
Accrescit viuens non alimentum. 204. m.
Inter accretionē, & alterationē similitudo. ibid.
Quod accrescit manet idem secundum for-
mam. 206. m.
Accretionis & nutritionis discrimen & con-
uenientia. 207. p.
Accretio non fit in viuentibus per rarefactionē
alimenti in eorū substantiā conuersi. 273. m.

A C T I O.

Sæpe actiones eiusdem speciei oriuntur à con-
trarijs. 383. p.
Actiones sunt suppositorum. 46. p.
Actio qua Deus tribuit esse materiae, creatio. 52. m.

Tu

De

I N D E X.

De nominat materiam non suppositum. *ibid.*
 Actio agentis corporei sine quantitate non datur. 26. m.
 Actio momentanea generatio. 84. p.
 Actio supponit materiam. 97. p.
 Actio spiritualis quo pacto ab agente corporali eliciatur. 108. p.
 Actio qua materialis forma producitur & vnitur, est vna. 115. m.
 Non omnia quæ realiter distinguuntur diversis actionibus producuntur. 116. p.
 Actio nativi caloris in humidum. 129. p.
 Actio vitalis oriri potest à potentia non vitali. 183. m.
 Actio Physica requirit contactum. 293. m.
 Veterum sententiæ de actione & passione. 298. p.
 Actio est inter contraria. *ibidem.* f.
 Actio intellectiva immanens. 354. m.
 Actio, & passio reciproca inter viuens, & alimentum. 469. p.
 Ad mutuam actionem requiritur conuenientia in materia. 300. f.
 Actio, & passio non fit per ingressum atomorum. 306. p.
 Actio est à vincente. 321. f.
 Actio mutua contrariorum. 330. p.
 Variæ sententiæ ea de re. 330. & 331.
 Vera sententia de actione, & repassione secundum eandem qualitatem. 331. f.
 In mutua actione, & repassione triplex resistentia. 332. p.
 Ut detur actio mutua inter agens, & patiens quæ requirantur. 328.
 Qui de ea re non bene philosophentur. 329. m.
 Actio similis in simile, vide simile.
 Actio à proportionem maioris inæqualitatis. 333. p.
 Argumenta probantia resistentiam distinguunt ab actione. *ibidem.* m.
 Actio sine passione an dari queat. 70. f.
 Actione reflexa potest luminosam in se agere intendendo locem. 309. p.
 Actio directæ & reflexa. 308. m. & 309. p.
 Actio reflexa non intendit qualitates in alieno subiecto. 318. p.
 Actio per antiperistasis non fit ministerio specierum intentionalium. 311. m.
 A quo fiat. 313. m.
 Non dicitur propriè reflexa. 312. p.
 Per antiperistasis qualitates in alieno subiecto non intenduntur ab intrinseco. 315. m.
 Rationes pro ea re. *ibidem.*
 Per antiperistasis media aeris regio frigidissima. 316. m.
 Prima opinio de intensione qualitatum per antiperistasis. 310. f.
 Actio vniformis difformis. 36. p.
 Calor quâdo nō seruat legem actionis vniformis

difformis. 137. p.
 Luminosum seruat legem actionis vniformis difformis. 321. m. & 327. f.
 Eandem actionem quæ perijt Deus potest secundum realitatem reparare. 498. f.

M A C T V S.

Actus secundus supponit primum. 46. f.
 Actus duo repugnantes eidem animæ simul inesse non possunt. 154. m.
 Possibili in actum adducto nihil est incommodi. 11. m. & 83. p.
 Actus appetendi in nostra potestate. 232. m.
 Actus contrarij qui simul esse non possint. 415. f.
 Actus contrarij qui simul diuina virtute dari possint. 416.
 Cur actus visionis beatæ, & fidei simul dari nō possint. 416. m.
 De actibus tristitiæ, & delectationis. 417. p.
 Quivis actus erroris excludit habitum iocunditatis. 407. m.
 Actus voluntatis, & appetitus sensitiui an sint contrarij. 159. f.

A D E P S.

Adeps quid sit. 107. m.
 Adeps an viuat. 175.
 Adeps an differat à sanguine. *ibidem.*
 Multi post quadrag. annum ex macilentis fiunt pingues. 266. f.
 Aristoteles, & Galenus de temperamento pinguedinis. 171. m.
 Adeps quod habeat temperamentum. 469. f.

A E R.

Aer cum gignitur ex aqua humor aque corrumpitur. 138. m.
 Aeri competit summa humiditas. 386. f.
 Aer est humidus, & calidus. 391. p.
 Aer est natura calidus. 393. m.
 Argumenta in oppositum. 392.
 Aer cur noctu, & per hyemem friget. 393. m.
 Media aeris regio cur frigida. *ibi.* em.
 Quo pacto aer ventilatus refrigeret. 394. p.
 Aeris humiditas cur ignem conseruet. 398. p.
 Aeris ventilatio cur flammam perimat. *ibid.*
 Semper aer plus habet humiditatis, quam aqua. 387. f.

A E T A S A E V V M.

Aetas media æquo Marte agit. 264. f.
 Aetas extrema materię dispendia non refarcit. 265. p.
 Aetas florida. 266. f.
 Aetas consistendi. 267. m.
 Aetatis diuisio. 467. f.
 Singularum ætatum temperamentum. 468. p.
 Quæ ætas calore vincat. *ibidem.* f.
 Diuturnioris quæ sunt res inanimatæ quam animatæ. 478. f.
 Breuioris quæ sunt animalia aquatilia. 247. m.

A G E.

INDEX

A G E R E.

Id quod non est non habet vim agendi.	140. f.
Agit vnum membrum in aliud.	164. m.
Omne agēs nititur assimilare sibi passū.	299. m.
Agens, & patiens ad quod genus pertinet.	300. f.
Veterum dogma de ratione agendi, & patiendi.	301. m.
Aristotelis sententia de ratione agendi, & patiendi.	306. p.
Continuū non posse in se mutuo agere vt intellexit Aristoteles.	307. p.
Agentium naturalium vis terminatur.	307. m.
Agere supponit esse.	323. f.
Agens maioris actiuitatis dupliciter.	325. m.
Ordo actiuitatis in qualitatibus.	332. f.
Agens nō à quolibet patiente repetitur.	334. m.
Agens, & patiens cur in se mutuo agant.	ibid. f.
Agens parva victoria quando dispendiū refarcit.	336. m.
Quomodo intelligendum: Nihil agit in distans.	336. f.
Explicatio dubij de superficie media inter vtrumque agens.	338. p.
Numeri agendi vim non habent.	440. m.
Ex nihilo nihil fit naturaliter.	11. m. & 33. p.

A G G E N E R A T I O.

Aggeneratio quid sit.	43. p.
Aggeneratio concomitatur motum ad quantitatem.	43. p.
Aggeneratio vera actio.	103. m.

A L I M E N T V M.

Alimentum iustitię mediocritate dispensatur.	166. f.
Alimentū quomodo simile, & dissimile.	237. m.
Discrimen inter alimentū & medicamentū.	237. m.
Quod vni alimentum, alteri venenum.	238. m.
Alimentum cōmune membrorū sanguis.	246. f.
Vnde necessitas alimenti.	247. m.
Mistum quo pacto dicitur alimentum.	241. f.
Alimentum in substantiam conuertitur.	255. p.
Rationes pro eadem re.	ibid. m.
Opiniones ea de re.	254.
In distributione alimentū iustitię equalitas.	225. m.
Alimentum quale debeat esse.	206. f.
Alimentū aliud calidū, aliud frigidū &c.	232. m.
Alimenti duplex acceptio.	239. f.

A L T E R A T I O E T A L T E R A R E

Ateratio quo pacto à generatione differat.	5. m. & 29. p.
Veterū dogma de discrimine inter alterationē, & generationem.	5. f. & 6. f.
Alteratio quid.	25. m.
Quando fiat alteratio.	14. m.
Definitio alterationis.	27. m.

Duplex alterationis nōtio.	27. m.
Alteratio propria quę sit.	28. m.
Alteratio quomodo desinat.	275. m.
Alterans vltimum.	300. p.
In genere alterantium deueniendum ad vñū primum.	300. p.
Ad figuras non est alteratio.	26. p.
Alterationis subiectum.	30. p.
Qui negant alterationem esse motum continuū.	34. m.
Alteratio motus continuus.	35. f. & 37. m.
Non potest dari quies inter quęlibet duo minima alterationis.	36. m.
Alteratio nobilior quam motus ad quantitatem.	42.
Alteratio quomodo nobilior latione.	42. p.
Alteratio ignobilior aggeneratione.	43. p.
Alteratio ad generationem ordinatur.	418. m.

A N G E L V S.

Angelus materię non potest vniri.	63. p.
Angelos procreasse liberos qui putant.	93. m.
Michael prius natura est subia quam Angelus.	
Angelorum creationi definitio generationis nō conuenit.	88. m.
Angeli non habent corpus.	94. m.
Angeli in resurrectione cineres colligēt.	110. m.
Angelus qui esse desijt, si a deo reproducatur nō necessario habebit duas existētiās.	300. p.

A N I M A.

Animam triplicem possuit Plato.	133. p.
Opinio ponens in homine duas animas.	154. p.
Anima simul nutritiua, sensitua, & intellectiua.	155. p.
Abea actiones nutriendi, sentiendi, & intelligendi proueniunt.	ibidem.
Duplex consideratio animę sensituię & vegetatiuę.	155. m.
Anima corporis dispensatrix.	156. f.
Animas comparat Aristoteles speciebus figurarum.	155. p.
Animarum successio in vtero.	159. p.
Animę sensituię corruptibilitas.	160. p.
Anima ad corpus habet se vt finis, forma, & ars.	160. f.
Anima imperfectorum animantium.	260. f.
Animę vegetatiuę triplex facultas.	221. p.
Animę vnus assertores.	156. p.
Anima non est corporea.	433. f.
Manicheorum dogma de animis.	252. f.
Animę omnes equalis.	457. m.
Varietas corporum in quę redire animas finxerunt veteres.	488. m.
De anima Neronjs.	ibid.
De animis Platonis palingenesia.	489. p.
Anima rationalis quoad officium informandi pendet à corpore.	108. m.
Anima rationalis est per se subsistens.	113. p.

I N D E X

Anima rationalis eminenter continet alias formas. 144. p.
 Anima rationalis in corruptibilis, 154. m.
 Anima una tantum in homine. 117.
 Qui oppositum asseruerit qua censura dignus. ibid. f.
 Anima rationalis in corpore est per se subsistens. 46. p.
 Error Academicorum circa animam rationalem. 450. p.
 De appetitu animæ separatè respectu corporis. 494. f.
 Anima Christi subsistit subsistentia verbi diuini. 52. m. & 55. f.
 Anima Christi denominatur vt quod ab actionibus sibi proprijs. 55. f.

A N I M A L.

Animalia quomodo degenerent. 93. p.
 Animal an ex terrestri fiat aquaticum. 128. p. & 29. f.
 De animalibus aquaticibus, & amphibijs 130. p.
 Animal nutritur quandiu viuit. 207. m.
 Animalia felle carentia. 229. p. & 230.
 Animalia liene carentia. Ibidem.
 Animalia quædam cur vtraque bili carent. 230. m.
 Animalia quæ venenosis vescuntur. 237. f.
 Animalia quæ vento pasci dicuntur, quæ odore, quæ igne. 240.
 Animalia aquatilia breuioris æui. 247. m.
 Animantia omnia piscibus calidiora. 389. m.
 Animantibus natura tegumenta, & arma dedit. 452. p.

A N N I H I L A T I O.

Annihilatio non est mutatio. 117. p.
 Annihilatio est quid negatiuum. 119. p.
 Annihilatio non est malum quid. 126. p.
 Cur Deus in se peccantes non annihilat. 126. m.

A N N V S.

Annus Climatericus. 44. p.
 Anni tempora. 465.
 Temperamenta quatuor partium anni. 466.
 Conueniens dissidium inter quatuor anni tempora. ibid. f.
 Anni in prima mundi origine æquales nostris. 483. f.
 Qui per multos annos vivere. 484. m.
 Anni magni spatium. 488. p.
 Possit ne annus in quadrante horæ diuinitus includi. 503. f.
 Annus qui præterijt diuinitus potest redire. 504. p.

A P P E T I T V S.

Appetitus perpetuitatis. 82. p. & 479. f.
 Appetitus immortalitatis. 122. p.
 Appetitus sensitivus, & rationalis. 154. m.
 Appetitus in homine duplex. 159. f.
 Appetitus viuentiæ ad suam conseruationem. 179. m.

Appetendi actus in nostra potestate. 232. m.
 Appetitus an. separatè respectu corporis. 494. f.

A Q V A.

Cum ex aqua aer gignitur humor aquæ corrumpitur. 138. m.
 Similitudo à conuersione aquæ in vinum. 207. p.
 Aqua ad natium frigus reuocatur. 313. m.
 Aquæ puteorum, & fontium non magis calidæ esse hyeme, quam æstate qui putent. 314. m.
 Rationes pro ea sententia. ibid.
 Aqua puteorum & fontium cur hyeme incalescat. 316. p.
 Aqua in gelu quomodo concreseat. 322. m.
 Aqua aliquando tepescit, & non rarefit. 36. m.
 Aqua in vinum conuertitur. 344. m. & 207. p.
 Aqua an à vino diluto eximi possit. 344. f.
 Aqua à quo reducatur ad natium frigus. 378. m.
 Aqua cur valde humectet. 387. m.
 Semper aer plus habet humiditatis, quam aqua. ibidem. f.
 Luna cur aquæ dicatur dominari. 388. p.
 Aquæ summum frigus debetur. 389. p.
 Aqua calefacta cur citius congelascit. 390. p.
 Aqua frigida, & humida. 391. p.
 Cur manus aquæ siccitatem non sentiat. 395. m.
 Variæ causæ cur aqua ignem extinguat. 397. f.
 Aqua tepida habet simul aliquid caloris & frigoris. 405. m.
 Aquæ guttula ferrum candens etiam refrigerat. 334. m.

A R I S T O T E L E S.

Aristoteles cur reprehendit Platonem. 1. f.
